




# DE FEBRE PVRPVRATA

Hoc anno 1666. per Burgundiam graſſante, deque cauſâ eius proximâ & verâ curatione, Tractatus.

*Authore* Io. MARCHANTIO D. D. *Medicorum Diuion. aggregatorum Decano.*






DIVIONE
Apud PETRVM PALLIOT, & Venundatur
PARISIIS,
Apud HELIAM IOSSET, via Iacobea ſub ſigno Lilij aurei
M. DC. LXVI.
*Cum Priuilegio*



ILLVSTRISSIMO POTENTISSIMO SAPIENTISSIMOQVE

LVDOVICO BORBONIO CONDÆO

Regiæ ſtirpis Principi, & Burgundionum Proregi pariter, atque Alexicaco

IOANNES MARCHANTIVS.

S.

CVM Reges, *aliam ob cauſam, me iudice,* imagines Dei *non audiant, quam quia, vt hic hominum, quos prouidentiâ ſuâ regit, vitam quoque ſa-*

*lutari concursu fouet, conseruatque; Ita illi quò populos ditioni suæ subditos, saluos, & incolumes seruent, nullum non mouent lapidem. Cumque rursus* Proreges *non aliàs melius, ad* Regum *typum effecti videantur, quam cum idem studium, tuendæ nempe salutis publicæ, cum ipsis commune habent: Tu verò* Princeps inuinctissime, *vt in alijs multis, ita in hoc studio, vigilantiâque cæteris omnibus longè antecellas, Rem, à ratione prorsus alienam facturum me esse reputaui, ni*

*inuentâ nouâ methodo curandæ febris malignæ, quæ hodie per hanc Prouinciam crudeliter debachcatur; Diuionemque eius caput externis ferè inuisam reddit, eam* Serenissimæ Celsitudini tuæ *dicarem : Presertim cum non dubitem, quin illam ipsam, publici boni gratiâ, in publicum prodeuntem, pro solito tuo erga Burgundiones omnes amore, benignè sinu tuo excipias, & ab erodenti liuoris dente tueris. Ita verò, quo de mihi maximè gratulor, non in horum modò, verùm etiam*

*in plurimorum aliorum ſalutem, Alter vtpote, longèque melior* Ἀλεξίκακος, *mecum conſpirabis; Et ob receptam hanc gratiam, me tibi arctiſsimè deuinctum ac penitus mancipatum, in poſterum, æternùmque habebis.*

LECTORI BENEVOLO S.

CVM anno 1652. inter curandum Febrem malignam, & petechialem, quæ tum non ſolùm per Burgundiam, ſed etiam per vniuerſam Galliam ſæuiebat, & pleroſque eorum quos aggrediebatur è medio tollebat, ex plurium ſignorum ſyndrome, quorum mentio in opuſculo ſequenti fiet, Collegiſſem, huius Febris, vt & cæterarum omnium malignarum continentem cau-

ſam eſſe ſerum, tum per ſe h
loco calido, minimèque n
perflato putreſcens, tum a- h
lijs humoribus cum quibus c
in venis permixtum erat,
nec non ſpiritibus putrendi a
occaſionem ſuppeditans
nunquam mihi perſuadere,
potui, id ſero quatenus eſt
ſimplex alimenti vehicu-
lum, vt Hippocrati, & poſt
hunc Galeno placuit, ac-
ceptum referri debere, imò
eidem quatenus eſt quartus
humor maſſæ ſanguineæ,
ſed naturæ limites egreſſus,
& cacochymiam ſui gene-
ris, quemadmodum cæteri


humores pariens, quod tamen mirum in medicinâ hactenus inauditum esse, cùm & sudor Anglicus, & rheumatismus, & pleraque alia id palam, apertéq; loquantur. Neque verò hæc de serosâ cacochymiâ doctrina, a me gratis conficta est, vt ex paradoxo, quod tibi propono, apertum fiet, vtpote in quo probatum inuenies, quatuor humores massæ sanguineæ perperam sic vocatæ, non esse pridem vulgatos in scholis, sed excluso sanguine propriè dicto qui sit humidus, & cali-

dus, atque ita aëri puro naturæ proportione reſpondens, pituitam, bilem, melancholiam, & ſerum. Quod ſi dicas, præmiſſo huic de febre malignâ tractatui, amplo admodum de humoribus paradoxo, idem mihi obiici poſſe, quod Poetæ illi, cui quondam vitio verterunt, quod bellum Troianum verſibus diſcripturus, id gemino Latonæ orditus eſſet ab ouo? Reſpondeo, me cauſam coniunctam eiuſmodi febrium, quam, ex quo ipſarum naturam penitus mi-

hi introſpicere datum eſt, iudicaui eſſe cacochymiam ſeroſam, ante annos tredecim aſſerere enitentem, aliter facere, nec potuiſſe nec debuiſſe. Cæterum non grauatè feres, vt opinor, ſi inuentâ eâ, febris quæ hoc tempore pleroſque etiam ex primatibus viris, ac mulieribus, methodo vulgari parum conducente, miſerè iugulat, veram, & compendioſam curationem, ratione, & experientiâ ſuffultam, tibi indicauero. Præſertim cum profitear, me lucro propterea nullatenus

inhiare; Quinimo congruam labori meo mercedem recepiſſe me exiſtimaturum ſi, & hæc qualiacunq; mea tibi accepta, ac proficua fuiſſe, & ob id gratiam, amicitiamque tuam, me mihi conciliauiſſe, cognouero.





# *SANGVINEM Propriè dictum non dari, humoresque massæ sanguineæ perperam sic dicta, esse pituitam, bilem, melancholiam, & serum.*

PARADOXVM.



OVAS in exigui momenti rebus opiniones comminisci durum non est! At minimè tolerandum videtur, si quis in scientias, & artes ad hominum vtilitatem nedicam salutem comparatas, cuiusmodi est medicina, noua dogmata antiquis spretis, ac posthabitis, introducat. Nec secus tamen receptam hactenus in scho-

ſis, de humoribus alimentarii[s]
corporum animalium opinionem
ſubuertere, & continuò nouam
atque ad hanc vſque diem ferè in
auditam, a nulloque niſi fortè a[b]
Hippocrate propoſitam, illiusloco
in medicinam inuehere decreui
hoc præſertim animum indent[e]
lib. de arte his verbis. Nonnulli
turpiter in ſectandis ſuis artibus ar
tificium ſuum collocant, neque i[d]
quod facere ſe credunt meo qui
dem iudicio aſſequuntur, ſed ſu[æ]
ſcientiæ oſtentationem faciunt. At
eorum aliquid, quæ nondum in
uenta ſunt, inuenire; quodque in
uenire, quam non inuenire præſti
terit: ſimiliterque imperfecta ad fi
nem deducere, id mihi videtur il
lius eſſe munus, qui intelligens ex
iſtimari cupit. Enimuerò quemad
modum cogitanti mihi quid cauſa
eſſet, cur veritas rerum naturalium
nulli mortalium hactenus illuxiſ
ſet, in mentem venit, eam nullam

aliam esse posse, qnam principiorum rerum naturalium ignorationem, ideoque eorum inuestigationi totis viribus incubui, in eoque studio tantùm profeci, vt gloriari possim, me majores meos hac in Philosophiæ parte longo post me interstitio reliquisse; Ita attentè perpendenti, qui fieret, vt tam multi febrium, aliorumque morborum humoralium vi, etiam vocato Medico, quotidie occumberent, facilè mihi persuasi, id ita euenire, quia humorum species, natura, temperamentum, generatio, sedes in corpore, & vsus ignorabantur. Quare operæ pretium fore duxi, istorum disquisitioni incumbere; ita enim futurum D. D. vt his detectis meliorem, certioremque quam vnquam ante morborum eiusmodi, febrium verò maximè curandarum rationem, methodumque vnusquisque vel leuiter in praxi medicâ versatus, in-

uenire possit. Quocirca ad rem to tam elucidandam incunctanter si aggredior.

Nihil adeò pertritum, ac per vulgatum in scholis Philosophorum, & Medicorum reperias, prætereaque sæculorum ferè omniu suffragiis confirmatum, quam massam humorum ex quatuor alibilibus succis, sanguine, bile, pituitâ, & melancholiâ, quatuor puris mundi primordiis, aëri videlicet, igni, aquæ, & terræ proportione naturæ respondentibus, conflatam esse. Cum enim Medici omnia corpora naturalia, quæ mistionis ope concrescunt, ex elementis immediatè ortum ducere sibi persuaderent, atque in huiusmodi elementis, nihil præter materiam, & qualitates agnoscerent, siquidem omnibus Aristotelis sectatoribus formæ rerum penitus ignoræ sunt eorumque proinde essentiam i ciusmodi qualitatibus, tam primi

quam secundis collocarent, præfatos humores illis in generatione, & nutritione animalium succenturiatos per συζυγίας & combinationes primarum qualitatum tactilium, quales primis illis corporibus naturaliter competunt, etiam definiuerunt, in iisque differentias ipsorum specificas constituerunt. Dixerunt itaque sanguinem humidum, & calidum esse, quemadmodum aërem: bilem, calidam, & siccam quemadmodum ignem: pituitam aquæ instaresse frigidam, humidamque: melancholiam denique esse terræ instar siccam, & frigidam, atque hinc quatuor temperamenta conflarunt, humidum & calidum, siue sanguineum: Calidum, & siccum, siue biliosum: Frigidum, & humidum, siue pituitosum: Ac tandem siccum, & frigidum siue melancholicum, [quasi verò alia adhuc temperamenta non dentur, atque inter hæc sa-

porum quorum meritò plurimista dicuntur dulcia, acida, amara &c. Quæque temperamen primarum qualitatum tangibiliu in agendo efficaciora esse doc Hyppocr. lib. de priscâ medic. nihil dicam de temperamentis dorum, a quibus tam insignes fectus prodeunt, vt miraculis a nes sint, vt cum mulierem odo moschi percepto illico suffocari alium verò syncope correptum, iam pro mortuo habitum, solo v ni generosi odore restitui, & vitam veluti post liminio reuoca cernimus.

Verùm si euersâ scholarum temperamentis huiuscemodi do trinâ, vt in nouo meo Empedoc antipyrrhonio facturum me spo deo, vulgatos in iisdem humor massam sanguineam non constitu re, longèque aliam succorum ip sam componentium cùm tempe riem, tùm naturam esse, ostendere

me, de humano genere, quod his ignoratis principiis, atque elementis, de vitâ singulis momentis periclitatur, benè meritum esse, nemo nisi inuidiâ contabescens, negare poterit.

Id verò planè assequutum me esse putauero, si probauero humores præfatos, minimè cum elementis puris, imò cum impuris, de quorum vtrisque ibidem agetur, analogiam dicere, hocque sufficere, vt eos cum Galeno animalium sanguine præditorum propria elementa appellem.

Id verò efficere mihi prorsus est in expedito. Ac primò, quia nullibi in viciniâ nostrâ, & locis in quibus generationes fiunt, pura prostant elementa, imò impura, hoc est aliorum cum substantiis, tum qualitatibus inquinata, cum quæ natiuam puritatem seruant, vtpote aliàs rebus viuentibus, si forte iis vtantur, exitium creatura hinc

inde longiſſimè a nobis, ſapien
naturæ authoris conſilio diſiec
ſint. Secundò, quia natura nun
quam non progreditur a ſimplicio
ribus ad magis compoſita. Id quo
non aſſequeretur ſi ex puris imme
diatè elementis omnia ſua oper
conderet.

Vt porrò rem totam paucis ex
pediam, diſcant Philoſophi in pri
mo rerum ordine eſſe elementa pu
ra; In ſecundo impura; In terti
meteora quæ a puritate elementa
ri adhuc magis diſtant; In quart
plantas, & inſectorum genus omn
quæ omnia ex elementis impuris
& quibuſdam meteoris concurren
te cæleſti, vel potius aſtrali ideâ
vique procreatrice eius comite
quotidie ſuam trahunt originem
In quinto denique animalia ſan
guine prædita, quorum tantù
abeſt, vt humores puris elementi
naturæ proportione reſpondeant
vt non niſi ex plantis poſt plur

coctiones, ac præparationes, generentur; Vt nihil dicam de rapacibus quorum ſucci nutriendo apti, ab alimento ex aliis animantibus petito, ortum ducunt, atque ita remotiſſimam a puris elementis materiam ſortiuntur.

Dicunt Iuriſconſulti, eum qui ab alio prædium, ſiue emptum, ſiue hæreditario iure ad ſe deuolutum obtinet, maius authore ſuo ius non habere. Quare cum animalia a plantis ſaltem aliomoniam ſuam mutuentur, iſtæ verò non niſi ex elementis impuris, proprium deſumant nutricatum, nullo pacto credibile eſt, humores animalium, cum puris elementis naturæ proportionem habere, imò cum impuris, quin & aptè colligitur maſſam ſanguinis ex vulgatis pridem in ſcholis medicorum humoribus non conſtitui, ſed ex pituita, bile, melancholiâ & ſero, vtpote quæ cum impuris elementis analogiam

dicant. Id quod in dicendorum se-
rie D. D. ostensurus sum, nempe
pituitam cum aëre impuro, rursus-
que, bilem, melancholiam, & se-
rum, cum igne, terrâ & aquâ, iti-
dem impuris, proportione naturæ
respondere. Si prius tamen sangui-
nem propriè dictũ Chymericum
esse cum Philosophorum, tum
Medicorum commentum, osten-
dero, quo facto ad lacerum, &
diuulsum hoc modo quaternarium
humorum resarciendum, in illius
locum serum, quod medici om-
nes pro humorum vehiculo cum
Hippocrate habent, commodè
admodum sufficietur.



# PARADOXI PARS I.

## *In qua ostenditur sanguinem propriè dictum non dari.*

NON sum porrò primus qui sanguinem propriè dictum humidum nempe, & calidum, è succorum alibilium Catalogo expungendum esse censuerim, sic enim Fernel lib. 6. Physiolog. cap. 8. Non defuerunt qui sanguinem vniuersum, non ex quatuor, sed ex tribus duntaxat succis constare existimauerunt, nempe ex pituita, & bile tum flauâ, tum nigrâ. Hi non aliud sanguinem esse putant, quam trium succorum mediocrem, & commoderatam permistionem, neque præter hos sanguinem purum in venis

contineri, ſed ne cogitatione quidem percipi contendunt, hac ratione potiſſimùm adducti quod ſeorſum tres humores poſiti ſunt, ſanguis autem purus nullus extat. Addunt ſanguinem dum corrumpitur in tres eos humores omninò conuerti, neque ſanguinis quidquam ſeorſum manere, cum igitur tres illi ſucci æquabiliter aucti ſunt, ſanguinem per id tempus dominari ferunt, ſin inæquabiliter, eum duntaxat qui reliquis eſt ſuperior, a quo totum ſanguinem aut pituitoſum, aut bilioſum, aut melancholicum dici volunt: ſimilimā demum in lacte rationem haberi, quod tribus tantum ſubſtantiis cōtinetur, præter quas non eſt quarta, quæ lactis nomine deſignetur.

Verùm enimuero, præter quam quod huic opinioni non ſubſcribo vt qui non ex tribus, ſed ex quatuor ſuccis alibilibus maſſam humorum conflari exiſtimo, ratio-

ne

es etiam quibus fulcitur omnes non approbo. Equidem laudatur mihi prima ipſorum ratio, nimirum tres humores ſeorſum poſitos eſſe, ſanguinem verò purum nullibi extare, niſi quod falſum ſupponunt, & contra ac probare prætendo, eius authores, vtpote qui nullam peculiarem ſedem humoribus alimentariis aſſignant, ſed excrementoſis duntaxat, bili nempe excrementitiæ propriam veſicam; melancholico excremento lienem; nec vllum prorſus conceptaculum excrementoſæ pituitæ attribuunt, ſed eam cum ſanguine in venis contineri, atque in eum vlteriore coctione cõuerti autumãt. Laudatur, inquam, mihi hæc ipſorum ratio, vtpote qui in dicendorum ſerie probaturus ſum, tres illos humores non dicam ſuperfluos & excrementitios, ſed planè laudabiles, & naturæ charos, in variis corporis partibus ventriculo nem-

pe, liene, & vesicula fellea seo
sum cum generari, tum sedem o
tinere, sanguinem verò syncer
nusquam in corpore, vel genera
vel residere, ac ne in hepate q
dem, vtpote quod nullum hum
rem gignit, sed ex tribus illis a
unde affluentibus, & sero per
cretionem partium inutilium d
purgato, dum idoneum sibi alim
tum primo ac perse, mox v
etiam toti corpori per accidens p
rat, sanguinem siue massam sangu
neam, vt verbis scholæ vtar, cōfi
Secūdam verò ipsorum ratione
neque prorsus laudo, neque pror
improbo, vtpote quæ absolu
planè non sit, & tamen aliqu
veri contineat, vt enim illis neg
re non possum sanguinem, du
putret, corrumpiturue, in tres p
fatos humores abire, cum ex i
prius constaret, singula verò in
ex quibus conflata sunt, dissol
Soleant, ita ijs concedere non po

eorum tres duntaxat illos humores corrupto sanguine emicare, quinimò serum etiam in conspectum venire asseuero, & ad experientiā prouoco, qua nempe constat, sanguine e vena educto, & in vasculo recepto, vbi refrixerit, præsertim si cultello diuidatur, non minimā seri copiam aliis humoribus supernatare. Id quod maximè conspicuum est sub finem febrium, quo tempore sanguis, aut iam in venis corruptus est maxima ex parte, aut vbi ex venis exciderit ad corrumpendum promptissimus existit. Ad id vero quod dicunt simillimam in lacte rationem haberi, quod ex tribus duntaxat substantiis constituitur, præter quas non est quarta quæ lactis nomine designetur? Respondeo disparem potius esse rationem, cum ab humore quem in massa sanguinea cæteris mole præpollere putarunt, medicinæ principibus ipsam denominare consilium

fuerit : peculiarem verò humo[r]
qui lac vocetur, in ſubſtantia a
lactis appellatione a vulgo don
nemo hactenus agnouerit. A
quod in lacte pars butyroſa v
te pinguis, & inflammabilis a
am portionem quin & ignea
quæ pituitæ (hæc enim aë
mihi humor eſt, non aquens)
bili naturæ proportione reſpond
complectitur : Caſeoſâ & ſero
melancholiam, & ſerum quart
humorem planè referentibus.
de colligere licet non tres ſolù
verumetiam quatuor prorſus p
tes quatuor humoribus maſſæ ſ
guinariæ analogos, in ipſo l
reperiri, atque ita argument
ipſorum a lacte mutuatum q
cunque ſe vertant, prorſus corru
vbi monitum te velim me voca
lis ſanguinis, & maſſæ ſanguin
hactenus vſum eſſe, deincepſque
ſurum, non quod adſit ſang
propriè dictus, vt ex dicendis p

it, a quo denominationem sumat quod in venis & arteriis cõtinetur, cum pituita potius, & pituitomassa dici deberet, sed nouitatis vitandæ causâ, & eadem licentia, vt in lacte a quo totum denominationem accipit, etsi peculiaris humor qui lac vocetur, in eo non contineatur.

Sed quorsum in excutiendis eiusmodi authorum rationibus diutius immoror, si vrgentiores longe mihi suppetunt, quibus præfati de sanguine, vt est quartus humor, commenti vanitatem commonstrem. Dicũt eiusmodi sanguinem esse humidum, & calidum, at non videtur talis humor qui sit humidus, & calidus in corporibus animalium, hominis verò potissimum reperiri posse, aliàs cum in se haberet causas putredinis, atque ita in ipsam minimo negotio incurreret, febrem aliquam ex putridis haud dubiè produceret. Sed

nulla febris putrida accenditur e
ſanguine propriè dicto, ſiue pro
eſt quartus humor maſſæ ſangui
neæ. Ergo non datur talis humo
in corpore hominis humidus nem
pe, ac calidus. Nec eſt quod di
cant humiditatem quæ ſit cauſ
materialis putredinis eſſe excre
mentitiam & aquoſam, ſanguini
verò pinguem, & aëream? nullam
enim humiditatem excipit Ariſ
tot. putredinem definiens lib. 4
meteor. cap. 1. ait quippe ibi, eam
eſſe corruptionem proprii & na
turalis caloris in vnoquoque hu
mido a calore ambientis extraneo.
Accedit ad hæc quod cum inflã
mabilis ſaltem ſit eiuſmodi humi
ditas, pinguis vtpote & aërea, fe
brem potius generaret, vt quæ aſ
ſerente Galeno eſt calor natiuus
mutatus in igneum, & Hippocra
ti abſolutè πῦρ dicitur, præſertim
cum experientiâ conſtet oleoſa &
pinguia omnia, vt ignem, ita etiam

febrem in corporibus accensam prorsus fouere, eadem verò sit nutritionis; generationisque ratio quod verò sanguis humidus, & calidus nullam ex se febrem procreet, cum experientia, tum medicorum omnium consensus docent, siquidem apud eos nullæ aliæ dantur febres, siue continuæ, siue intermittétes, quam quotidianæ quarum generatio pituitæ ascribitur: Tertianæ quæ bilem pro causa agnoscunt: Et quartanæ quæ melancholiæ suam referunt acceptam originem. Quod si quis obiiciat synochas a sanguine ortas? Respondeò eas a sanguine propriè dicto non fieri, sed ab eo prout omnes humores alibiles in vna massa mistionis meritò complectitur. Et reuera de iis sic habet Galenus lib. 2. de differ. Febrium cap. 10. Reliquum est id febrium genus quæ synochi nuncupantur, quarum vniuersum tempus vnica

acceſſione finitur, quæ vel ſemper in eodem vigore perſiſtit, vel minuitur, vel augetur donec finiatur: hæ verò omnes ex tali cauſa ortum ducunt qualem Praxagoras exiſtimabat, humorum ſcilicet in vena caua putrefactione.

Secunda ratio ab experientia petita, & medentium omnium obſeruatione confirmata talis eſt. Pituitæ, bili, melancholiæ, & ſero ſua ſunt purgantia medicamenta quorum ope, quoties in vitio ſunt, è corporibus expelluntur, nullum verò ſanguini qualitate peccanti accommodauit natura purgans præſidium, ac proinde, vel deficit natura in neceſſariis, vel non datur talis humor: ſed non deficit natura in neceſſariis, ex axiomate in ſcholis recepto, ergo reuera non datur talis humor. Nugantur verò qui dicunt ſanguinem eſſe naturæ Theſaurum, ideòque Deum datâ operâ, & ſapienti planè conſilio

abstinuisse a creando medicamento quod nectar illud viuificum peffundaret, vel certè illud de industria, hominum cognitioni substraxisse. Neque enim humor aëri puro proportione naturæ respondens, etiam si daretur, quod acriter pernego, naturæ Thesaurus, & nectar viuificum appellandus esset, quin existimo hanc appellationem omnibus humoribus in concreto deberi, vel si mauis sanguini quatenus ex omnibus illis commixtum quid est, cum partes omnes saltem similares, imò & spiritus mista sint quæpiam pro'ndeque ab vno solo humore alimoniam suam non mutuentur, sed ab omnibus simul, licet de vno quam de alio ad sui nutricatum singulæ plus prolectent. Sed & absurdum, fabulæque simillimum mihi videtur quod narrat Galenus lib. de purg. medic. facult. cap 4. ad confirmandam suam opinio-

nem, qua ſtatuebat quædam dari medicamenta quæ ſanguinem etiam ab initio ducant, de herba nempe quadam hæmatogoga, quam in Thracibus bythiniam incolentibus hominem quemdam hac viâ inueniſſe tradit. Iecur ſuillum, in ſuburbanum deferebat, factum verò, vt cum ventre vrgente ſuper herbam illud depoſuiſſet, ac mox reuerſus ſuſtuliſſet, vidiſſetque iecur riuulis ſanguineis vndique manare, in ſuſpicionem, ſimulque ſpem venerit, ſe facilè eius ope, & ſanguinem, & vitam, quibus vellet hominibus adempturum, idque expertus, tandem arceſſitus, conuictuſque, ad ſupplicium vinctis oculis ductus fuit, ne cui inter eũdum herbam indicaret, quam nemini adhuc ſe detexiſſe inter quæſtiones ad magiſtratum retulerat. Abſurda, inquam, mihi videtur hæc Galeni narratio. Primò enim etiam ſi daretur herba

quæ cum iecore suillo inimicitiam gereret, non tamen cum quouis alio maximèque hominis. Secundo etsi iecur quodlibet hæc herba dissoluere posset, ex eoque sanguinem educere, non sequeretur tamen ipsam similiter sanguinem in venis contentum attrahere posse: Et, si è mortuo, pariter ex viuente. Adde quod hepar a cadauere resectum nihil amplius sanguinis continet, quod data occasione siue attractum, siue expressum commodè effluere possit, sanguisque eiusmodi syncerus non foret, sed mixtionis viâ ex omnibus omninò humoribus alimentariis concretum quid esset. Deinde fabulæ finitimum est huius plantæ facultatem purgatricem vni soli homini per tot sæcula innotuisse, cæteros verò omnes eam latuisse, præcipuè cum si non homines, saltem pecus quod herbas omnes ferè indiscriminatim depascitur, illam attin-

gere à tanto tempore potuiſſet, atque ita mille experimentis, vel ſaltem æquè, atque de hæmorrhoo ſerpente, in quem rarò admodum animalia incidunt, iampridem res clara fuiſſet. Adde quod ſi herba ſanguinem purgans daretur, non tamen purum, ſed omnium aliorum humorum permiſtione, vti dictum eſt, conſtantem, extunderet, cum ruber color quo tinctus eſt, eiuſmodi commiſtionem planè connotet, vt infra probabitur. Neque tandem ſatiſfaciunt qui dicunt, medicamentum ſanguinem purgans neceſſarium non fuiſſe, cum is ſecta vena commodè educatur, non enim aperta vena vnicus humor effluit, ſed omnes quotquot in venis & arteriis naturaliter coërcentur, indiſcriminatim.

Tertia ratio. Si daretur ſanguis quartus humor aëri puro in omnibus proportionatus, deberet eſſe albus quemadmodum ipſe

aër (eſt vero aër albus, vt ex ſpuma, & niue manifeſtum eſſe poteſt, quarum illa intercepto inter agitandum aëre albeſcit: hæc verò eiuſdem cum aqua pluuiâ concretione talis euadit) ſed albus non eſt, imo ruber in Philoſophorum, & Medicorum omnium ſententiâ. Ergo non datur ſanguis quartus humor aëri in omnibus proportionatus. Adde quod color ruber non eſt ſimplex color, qualis corpori ſimplici cōpetere debet, ſed cōpoſitus, & ex plurium colorum permiſtione conflatus, propter eaque corpori ſimplici qualis eſt aër, & conſequenter humori ipſi analogo minimè tribuēdus. Quod verò color ruber non ſit ſimplex, probatur authoritate Ariſtotelis, qui libro de coloribus, eiuſmodi colorem permiſtione albi, & nigri ſplendidi fieri docet. Vnde concludo colorem rubrum non eſſe proprium ſanguinis ſynceri, ſed

eius tantùm quatenus omnes humores essentiæ suæ ambitu comprehendit. Quod verò ita se res habeat patet ex eo, quod pituita est alba, melancholia nigra, bilis flaua, ac proinde splendoris cuiusdam particeps, est quippe hic color flammæ proprius, sero interim cum obscuritatis sit, quemadmodum aqua quam repræsentat, vix aliquid ad hunc colorem gignendum conferente, sed tantùm nigrum melancholiæ colorem intendente, & continuò rubrum saturatum efficiente: atque ita asserto errasse hactenus medicos cum opinati sunt, vnum ex humoribus massæ sanguineæ rubrum esse, & cum aëre puro nihilominus naturæ proportionem habere.

Quarta, Si esset sanguis propriè dictus, excrementum aliquod post se relinqueret, eique conceptaculum quemadmodum bilioso & melancholico natura destinasset, sed

nec excrementum poſt ſe relinquit, nec vllum huic conceptaculum natura deſtinauit, vt putant omnes. Ergo non exiſtit, ſiue non datur ſanguis propriè dictus. Quod ſi quis obiiciat excremento pituitoſo naturam nullum deſtinaſſe diuerſorium, ſed ipſum ſanguini in venis permiſcuiſſe, vt elaboratione vlteriore in ipſum tandem abiret? Reſpondeo pituitam non generari in hepate, ſed ventriculo, vt poſtea probabitur, & quod ad excrementum eius attinet, dico tenuiorem ipſius partem, ad os ferri ſub ſaliuæ forma, & in glandulis amygdalis dictis, quin & in carne ſpongioſa ſub lingua ſita, eo, qui ſuo quoque loco dicetur fine, aſſeruari: Craſſiorem verò ad inteſtina excrementis primæ coctionis permiſtam deuolui, & partim cum iis è corpore elabi, partim inteſtinorum parietibus adhæreſcere, ipſaque

interius oblinire , ne videlic
ab aliorum excrementorum, au
prauorum ſuccorum illac pe
tranſeuntium, acrimoniâ lædātu





# PARADOXI PARS II.

## *In qua oſtenditur pituitam locum ſanguinis inter humores tenere.*

TANDEM quid opus eſt ſanguine ſi pituita omnes eius propriè dicti dotes, ac prærogatiuas ſibi vendicat, eſt enim copioſiſſimus humor maſſæ ſanguineæ, utpote quo plures partes nutriuntur, ſpermaticæ omnes videlicet glandulæ, & glanduloſa omnia corpora, prætereaque dulcis ac pinguis, & continuò ad nutriendum aptiſſimus. Et quidem quod dulcia nutriant probatur ex Galeno lib. 4. de ſimpl. medicam. Facul. cap. 14. vbi ſic habet. Cæterùm omnium quæ nutriunt communis dulcedo eſt, quandoqui-

dem quidquid alit, neceſſari[illegible] plus minuſue ſit dulce oporte[illegible] Quod verò etiam pinguia nutria[illegible] docet Hippocr. cum ſcribit, pingui[illegible] primis menſis aſſumpta ilico ſat[illegible] ros reddere homines, id enim [illegible] liam me iudice ob cauſam no[illegible] contingit, quam quia a pinguibus[illegible] cum ſpiritus naturalis, tum reli[illegible] qui duo quorum nutriendoru[illegible] ſumma eſt in corpore viuente ne[illegible] ceſſitas, pinguibus aſſumptis, [illegible] conuerſis ſtatim reparantur. Cuiu[illegible] rei rurſus ratio eſt, quia vt oleoſ[illegible] & pinguibus flamma alitur, it[illegible] iiſdem ſpiritus bellè admodu[illegible] nutriũtur. Oſtendam quippe D. D[illegible] in peculiari paradoxo flammæ ſiu[illegible] ignis noſtratis, & ſpirituũ in cor[illegible] pore viuente, eamdem planè, quod [illegible] ad vitam & nutricatum ſpectat, [illegible] eſſe rationẽ. Eſt porrò pituita dul[illegible] cis, nemine penitus diſcrepante [illegible] Quòd verò etiam pinguis ſit, euen[illegible] tus probat, ſiquidem pituitoſ[illegible]

naturæ præ cæteris pingues, & obæſæ ſunt. Tandem quod pituita ſit copioſiſſimus humor omnium qui ſunt in corpore viuente, ex eo euincitur, quòd, vt iam dictum, ſi carnes & parenchymata viſcerum exceperis, reliquæ omnes corporis partes, nimirum oſſa, cartilagines, membranæ, vincula, tendines, venæ arteri æ nerui, glandulæ tam mammarum quam reliquarum partium, teſticuli, cerebrum, & ſpinalis medulla ab ea cum ortus ſui, tum nutricatus materiem maximâ ex parte mutuantur, maximâ inquam ex parte, cum oſſa, & cartilagines non minorem, imò forſaſſis maiorem melancholici humoris partem adſciſcant, glandulæ verò & medulla, cerebri, ac ſpinalis æqualem ferè ſeri portionem; membranis, venis, arteriis, neruis, vinculis, ac tendonibus medio quodam modo inter ſuperio-

ra se habentibus : Quod verò ita se res habeat iterum probatur quia nimirum hæ omnes partes quod ad colorem albæ sunt, & quod ad saporem dulces, vt pituita, & circa quas multa pinguedo, ceu præparatum ipsarum alimentum, vel saltem excremẽtum vtile adnascitur, vel in quarum cauitatibus gignitur, vt de ossibus & membranis certum est, quorum illa medulla dulci ac pingui pro lunaris luminis modulo, vel omninò, vel ex parte repleta sunt, istæ verò adipem & sæuum sibi adnatum in bene constituta œconomia naturali, nunquam non habent.

Iam sanguine syncero ex alibilium humorum familià expulso, confectoque pituitam omnes dotes, ac proprietates, quas illi authores tribuunt naturaliter obtinere, superest vt probemus hanc aëream esse humorem, minimè verò aqueum, vt Philosophorum ac Me-

dicorum vulgo hactenus perſua-
ſum fuit. Singula verò ex his, ſin-
gulis argumentis euinco. Ac pri-
mò eam eſſe humorem aëreum ſup-
poſito ex probatis humores alimé-
tarios cum impuris elementis non
autem cum puris naturæ propor-
tionem habere, ſic probo. Aër im-
purus eſt omnium Elementorum
impurorum, & quæ in viciniâ
noſtrâ ſunt, frigidiſſimus, Et ex
conſequenti humor illi proportio-
ne reſpondens debet eſſe frigidiſ-
ſimus omnium, qui ſunt in maſſa
ſanguinea: Sed pituita ſiue humor
albus & dulcis, eſt huiuſmodi ne-
mine prorſus refragante. Ergo pi-
tuita eſt humor aëri impuro pro-
portione reſpondens, & vt vno
verbo dicam aëreus. Non eſſe ve-
rò aqueum hoc modo probatur. Si
pituita eſſet humor aqueus, ſiue
Elemento aqueo analogus, febrem
ex ſe non produceret, foueretque;
Sed febrem ex ſe producit, fouet-

que. Ergo non est humor aqueus, siue aqueo Elemento analogus. Probatur verò consequentia maioris, quia ex Hipocrate bilis febri alendæ est perquam accõmodata, eidem verò aquosus humor est cum primis aduersus. Sic enim lib. 4. de morb. incalescente sanguine exhalat primùm ac maximè humor aquosus (τὸ ὑδροποειδὲς vocat) qui est febri infestissimus; Remanet verò pinguis & leuis, qui est bilis, Et febri maximè nutrimentum est per τὸ ὑδροποειδὲς verò serum dubio procul intelligit minimè omnium pituitam, vt ex pluribus aliis eius locis planè inclarescit. Neque verò desunt rationes quibus hæc Hippocratis sententia confirmetur. Febris consentiente tota medicorum schola, est calor præter naturam, siue igneus; Vel manis calor natiuus in igneũm vtatus Galeno, quinimò est πῦρ. Id est ignis Hippocrati, quod etsi de Caus

siue febre ardente intelligendum esse volunt eius interpretes, ad reliquas tamen febres etiam detorqueri potest, siquidem magis & minus non mutant Speciem ; Nec flamma in aqua vitæ accensa, etsi in calefaciendo parum efficax, minus est ignis, quam quæ ex magna lignorum strue, vel copioso puluere pyrio succenso, excitatur. Cum itaque febris ex dictis sit calor igneus, & vno verbo ignis, ex conueniente materia ignis nostri culinaris instar dubio procul debet accendi : & quemadmodum propria huius materia est oleum, siue sulfur Chymicorum, ita in corporibus animalium bilis est materia magis ordinaria, magisq;. familiaris febrium, adeò vt nulla febris, humorâlis saltem, absque ea, vel purâ, vel quod frequẽtius cæteris humoribus permistâ succendi posse mihi videatur, vt vt contrarium sentiat Galenus lib. 2. de diff.

febr. cap 1. vbi, absurdum esse ai
credere, in quotidianis, & quarta-
nis febribus exquisitis aceruari bi-
lem amaram quemadmodum in
tertianis, & causonide, cum in
illis nullum talis succi vestigium
adsit: Quippe obseruatum mil-
lies quartanarios, eosque exquisi-
ta quartana infestatos, vt quæ
statis periodis quarto quoque die,
& eadem semper hora recurreret,
vltra duodecim horas non proten-
deretur, & copiosis sudoribus sol-
ueretur, nedum biliosis vomiti-
bus exerceri, verùm etiam bile sur-
sum deorsumue ἀθρόως vacuatâ
perfectè febri defunctos esse.
Credibile verò non est veram, ac
legitimam quotidianam a pura
putaque pituita frigidissima, etiā
si humor esset aëreus, vt proba-
tum supra, sobolescere posse, mul-
tòque minus si aqueo elemento a-
naloga foret, vt censuit ipsemet
Galenus cum aqua, & aquosi om-
ne

nes humores, vt igni experientia teste, ita febri iuxta Hipocratem lib. nouissimè citato, sint infestissimi. Quare quod ante dicebam pro rato ac statuto habeo, nimirum febres omnes putridas ex bile, vel syncera, vel quod frequentius, reliquis humoribus permixtâ ortum ducere, sicque intelligendum esse authorem libri de natura hominis, cum docet plurimas febres a bile originem trahere, quarum, vt ait, hæc sunt nomina. Continens, quotidiana, tertiana, & quartana, cum credibile non sit virum de Philosophia, & Medicina tam benè meritum, vt scripta eius testantur quisquis fuerit (ostendum verò postmodum non fuisse Hippocratem) vni eidemque humori, nempe bili tam diuersos cùm affectus, tùm typos acceptos retulisse.

Enimuerò de harum febrium generatione, ex illius vt mihi videtur mente sic Philosophari iubet

Si omnes humores eâ quæ ipsis natura debetur, proportione simul ac semel in venis maioribus putrescant, vel simpliciter incalescant, nullo in visceribus nutritiis & venæ portæ propaginibus existente vitio, generatur σύνοχος siue continens; & siquidem pituita, siue humor aëri impuro proportione respondens, vt par est prævaleat, generatur synocha vulgaris eaque vel putris, vel imputris: si bilis in massa humorum modum naturalem excedat, Synocha biliosa.

Quod ad intermittentes vero spectat, de iis sic statuo. Ac primò quidem quemadmodum illæ fiunt incalescente putrenteue humorum massa in vena cava; ita has fieri exputredine omnium humorum in venis mesenterii contentorum, vt ante me auctor fuit fœlix Platerus cum dixit sanguinis in venis mesaraicis putredine

brium intermittentium caufam
ffe. Meræ enim funt nugæ, me
udice, quæ de excrementis natu-
alibus variis in locis collectis, ac
utrefcentibus hac in parte vul-
antur. Secundo, & in fpecie dico
ebrem quotidianam intermitten-
em produci fi pituita exuperans
n maffa fanguinea cum pauca, bile
pauciore adhuc melancholia
utrefcat. Tertianam duplicem
uæ quotidianam ementitur, gene-
ari, fi ad copiofam pituitam ma-
nabilis quantitas accedat. Quod
vtraque, fimulque melancholia
opiofiffima fuerit, duplicem ter-
ianam, continuam per fubintran-
iam dictam, ortum ducere, Ter-
ianam fimplicem accendi, eamque
xquifitam; fi bilis modum exce-
ens cum pauca pituita necnon
elancholia, putredinem conci-
iat, Notham vero, ac fpuriam fi
ituita vifcofa, vel melancholia,
rauebilis ipfi in eodem foco co-

mitem se adiungat. Quartana denique spuriam procreari, si bil adustione crassior reddita fuerit vt in æstatis fine post febres terti nas contingere solet, quibus no raro talis quartana succedit, du qui se tertia die febre liberum cr debat, postridie nouo paroxysm correptũ stupescit, veram deniq quartanam gigni, si melanchol naturalis vitiosa tamen, vel sola vel pituitæ viscidæ penitus im mersa, & pari fermè bili permi computrescat.

Quod ad continuas verò omn generis attinet eas succendi exist mo si ad hoc quod materia simil in primis corporis viis putrescit humores qui in venis maioribu stabulantur, etiam incalescant. dispositioné, vel præcedente m nouissi nè a concepto in vena po ta, & eius propaginibus incendio adauctoque cordis calore, indu gam.

Vbi notandum, ad quod nemo fortè ante me animum aduertit, caußam, cur febres intermittentes continuis longè sint ardentiores, & quod in exacerbationibus continuarum, quæ quod ad typum, & recurrendi modum cum paroxyßmis intermittentium conueniunt, periclitentur ægrotantes, ac plerunque, nisi diligens cura adhibeatur, vitam cum morte commutent, esse triplicem. Primam quia natura sagax, & prouida, in primam corporis regionem, in qua istæ accenduntur, ceu ad partes ignobilissimas ipsamque adeò corporis sentinam, deteriores quosuis humores amandare solet. Secundam quia hæc corporis regio ad hæc quod obstructionibus apportuna est, ob vasorum angustiam, etiam a respirationis, perspirationisque viis est remotissima, quò fit vt ibi ventilationis defectu calor primò quidem a proprijs fuligini-

bus veluti suffocatus langueat, mox vero refrigeratione priuat intendatur, ac putredini humoribus ibidem cunctantibus conciliandæ, opportunus euadat, Tertiam denique quia ibidem sero quod vt aquosum, ita febrilem ardorem ex Hippocrate lib, 4. de morb. maximè temperare valet vtpote a copiosis glandulis mesenterii absorpto, ferè destituuntur humores huiusce regionis Hospites. Atque hæc causa, vt mihi videtur, fuit, cur meracas dejectiones, hoc est sero orbatas Hippocrates reformidauerit, vt constat ex Aphorismo 6. sect. 7.



# PARADOXI PARS III.

## *In qua ſerum alibilium ſuccorum Catalogo acenſetur.*

HIS igitur ſic rurſum ſtatutis, euictoque, quod probandum erat, nullam febrem ex ſanguine propriè dicto originem trahere, atque ita, ipſo ex humorum alibilium Catalogo rurſus ex puncto, cum tres tantùm ſucci ſuperſint ex quibus maſſa ſanguinis componatur, atque hæc imperfecta futura ſit, vt quæ ex quatuor humoribus, quatuor mundi Elementis impuris proportione naturæ reſpondentibus conſtitui debeat, inueſtigatu dignum occurrit quiſnam quartus ſit futurus, & quanam is appellatione donandus.

Præter Superiores tres humore qui triplex cacochymiæ genu conſtituunt frequens ſit mentioi ſcholis ſeri. Galenus ſane 6. epid comm. 2. tex. 38. ſerum minime peculiare genus humoris conſtituere, ſed pro parte reliquorum humorum agnoſcere videtur. Ita enim ſcribit. Quemadmodum in lacte ſeroſa quædam humiditas eſt, veluti colamentum circunfluens craſſiorem eius partem : eodem ſane modo in omnibus ſuccis, & humoribus ſeorſum tenuem quemdam humorem reperire eſt. Quod confirmat cum 2 de nat. fac cap. 9. docet ſeri omnia genera quæ in ſuccis habentur [c] eſſe excrementa; atque hinc factum, vt medicorum plerique in eam venerint ſententiam, ſerum, lotium, ac ſudorem vnam eamdemque ſortiri materiam.

Verumenimuero etſi Galeno conceſſero humores reliquos poſt

bilem (hæc enim vtpote ignea, principii sui instar humiditatem aquosam in sua compositione vix, ac ne vix quiddem admittit, vt in dicendorum serie probaturus sum) partem aliquam aquei liquoris sibi vendicare, cuius ope per venas fluant, & ad partes nutriendas perueniant, sicque in succorum utilium familiam adoptentur, ego tamen nullum dari particularem humorem alimentarium, qui quod cæteris liquidius, fluidiusque sit, seri siue aquæ appellationem mereatur, quique cum reliquis tribus ad massæ sanguineæ compositionem concurrat, & partes carnosas præcipuè nutriat, quò fit, vt torculari expressæ maxime postquam sufficienter incaluerint, copiosum de se liquorem subrubrum fundant, ægrèque ob eamdem causam comburantur.

Neque verò hæc opinio suis ante me authoribus caret, Ludo-

uic. ſiquidē mMercatus tomo 1 lib. 1. pag. 3. claſ. 5. quæſt. 94. d ſero, vrina, & ſudore agens, con cedit quidem hæc tria ex vna ea demque materia fieri; natura ta men, ſubſtantiâ, & vſu longiſſimi interuallis diſſidere ſtatuit. Vri nam enim concedit eſſe excremen tum, aqueam ſcilicet illam ſub ſtantiam quæ potui, & alimenti ineſt, atque ideo mox ab exort venæ cauæ, vi emulgentium vaſo rum, ac renum à reliquis humo ribus ſeparatur: ſerum verò et ſimilitudinem quandam cum vri na habeat, alterius tamen ſubſtan tiæ, & conditionis, naturæ ſcilice familiaris, eſſe putat, & quæ vſum corpori præbere poſſit; diſtributi oni nempe ſanguinis inſeruiat, & ſuâ ſubſtantiâ partes corporis hu mectet, humores refrigeret ne fer uore exæſtuent, aut ariditate in durentur, tandemque ad carnes, aliaſque partes] perueniens humi

do rorido eas reficiat, & inter alios vſus vicem alimenti habeat: atque hinc fieri exiſtimat, vt ſeroſa hæc ſubſtantia adeò cum ſanguine permixta ſit, vt etiam ſi ſanguis emittatur, nihil eius percipi poſſit, niſi ſanguis concreſcat, atque concretione ſeroſa hæc pars à craſſiore ſecernatur: ſudorem vero ſolidarum partium eſſe excrementum ſtatuit. Atque huic opinioni ſuffragatur quadantenus Van Helmont tractatu cui titulus latex humor neglectus. Sic vero author iſte neotericus. De latice humore vnico, & hactenus neglecto dicto, probanda eſt primùm quæſtio, an ſit, ſiue quid ſit: dein eius vſus, atque neceſſitates, ſiue fines, ac ſcopi quibus inſeruit. Ante hæc tamen omnia iuuat explicuiſſe, quid illo inſolito nomine ſignificatum velim. Enimverò præter vnicum humorem alimentarium apertè & palam cognitum, quem

cruorem vocant, innatat ei liquo
quidam aquosus, nedum saliuæ
lachrimis, sudori, tenui muco
œdemati, & aliis etiam morbis ma
terialiter substratus, sed & varii
vsibus illustris. Meminerunt qui
dem illius scholæ sub nomine se
sanguinis, illumque tam vrinæ
quam sudori communem fecere
at sanè ostendam eumdem procu
materia, & vsibus diuersum, a
per consequens non inter excre
menta, sed inter vtiles succos re
ferendum, laticem verò voco, no
autem humorem, vt tollatur abu
sus nominum, postquam sat pe
librum expressum demõstrauerim
nunquam in humana natura exti
tisse quaternarium humorum, quo
scholæ per repetitas commentari
rum sententias dilatarunt. Atqu
hactenus Van Helmont. Dixi porr
ipsum superiori Mercati opinion
quadantenus suffragari. nec imme
ritò. Suffragatur enim quatenus la

ticem suum, aliàs serum a sanguine, siue cruore distinctum facit, & inter vtiles succos refert: attamen ab ea dissentit quatenus nutrire corpus negat, sic enim art. 26. Nam etsi latex nutriendo sit ineptus, suis tamen vsibus accommodus est. Hi verò sunt vsus quibus ipsum in seruire ait, ab art. 11. ad 20. fusè explicati quos tædii vitandi causa in pauca contraham. Primus, vt insipidus cum sit contemperet cruoris aciditatem potissimùm post labores, æstus, sudores, balnea &c. Secundus, vt in se reciperet, euerreretque salem quem cruor sub dirigerédo reseruat, etiam dum in purum alimentum conuertitur. Tertius ne vllum densioris compaginis residuum, in vltima alimoniæ euaporatione remaneat, sed simul per dyspnœam explodatur, vel ratione sudoris eluatur. Quartus, vt in crisi sæpè terminet morbos, quatenus secum effert sordes pro scopo suo ordinario. Quintus

denique, vt cum oculus liquo-
opus haberet, eius palpebra in-
nocuè moueretur: & lingua sali-
ua egeret, vt masticatos cibos ma-
dore temperaret: absurdum ver-
foret totum cibum e massa san-
guinis humectari, per venas late-
deferretur, vnde lachryma, saliu-
&c. fierent. Mirum porrò quò-
inter hosce vsus illum omittat qu-
corporis nutritionem spectat, cu-
tamen aquam nutrire sub finem
huius tractatus concedat, & expe-
rimentis multis probet. Sic ver-
ibi. Fermentorum autem in natur-
adeo discrepantia, atque singulari-
dona existunt, vt quædam viuen-
tia ex sola aqua sibi faciant cruo-
rem, carnem &c. In Sulmonis
namque stomacho, nunquam re-
pertum esse edulium narrant pis-
catores. Sunt præterea animalcu-
la aquatica in aquis salsis, quibus
vix aliquid innascitur, quæ semen
quoddam potatæ a se aquæ com-
municant, vnde suum sibi cor-

musculum augent, & sustentant (quasi verò aliquod viuens de suo perpetuo se sustentare, atque augere possit, non verò millies credibilius sit, in aquis eiusmodi principia omnia naturalia contineri, quæ in corpus eiusmodi animalculorum assumpta, iis vt plantis conuenientem alimoniam, atque incrementi materiem cõmunicent) id quod insinuat velit nolit paucis interjectis. Animalcula, inquit quæ ex aquâ solâ immediatè sibi cruorem, totamque sui suppellectilem pattant, exemplum habent in omni propè vegetabili, præsertim in saxosis, arenosisque montibus procul ab hominum stercoratione semotis, in quibus fortè 60 species resinificarum arborum notantur. Ex solâ aquâ pluuia niueque, siue lessas saxosi odoris, ex pleno nutriuntur, & adolescunt in summam altitudinem arbores adeò pingues, vt suffocarentur nisi caudicem ef-

ſuderint circumcircà. Atque hæ Van Helmont, cuiſubſcribens a ſero me epotaaliquando aqua re fectionem leuem ſenſiſſe, & diu tius, atq; facilius mediam, quam non epotâ toleraſſe. Quin & m hi narrauit puer quidam vndeci circiter annorum ſe cum apu mulierculas degeret, quæ præ au ritia ientaculum ipſi denegabant epota ſæpius aqua dolorem ex fa me ortum placare ſolitum eſſe.

Enimuerò quidni nutriat aqu potabilis, quæ miſta eſt, & omni elementorum, ac principioru Chymicorum ſibi conſcia; Eſt quòd, quæ ſola ſufficientem vege tabilibus nutrimentum ſufficit, homini, & cæteris animantibu non niſi cum aliis humoribus con gruam valeat alimoniam ſuppedi tare. Sanè cætera elementa impu ra viuentibus quibuſdam ſingul alimentum præbent, an igitur a qua quæ Thaleti, & quibuſdam

ali

aliis Philoſophis pro vnico rerum naturalium principio habita eſt, conſociis elementis deteriore erit conditione. Manucodiata aëris rore, imò ſolo aëre veſci creditur. Lupus, teſtibus Ariſtotele & Plinio, terra. Quin & Pyrauſtæ ſolo aëre Hypocauſtorum atomis igneis paſſim conſperſo. Quòd ſi authoritatibus certandum, quid ad nutritivam aquæ vim confirmandam expreſſius eſſe poteſt ſequentibus Hippocratis verbis lib. de flatibus Hominum, & reliquorum animalium corpora triplici alimẽto nutriuntur, cuius hæc ſunt nomina, cibus, potus, ſpiritus: per potum enim non vinum, aut cereuiſiam, ſed aquam, tam homini quam cæteris animalibus communem potum haud dubiè intellexit. Quæ rurſus cum ita ſe habeant, non video quid obſtet, quominus ſerum inter pretioſam naturæ ſuppellectilem referamus. & pro quar-

to humore alimentario agnoſca-
mus; Ad hoc enim quod in ſen-
tentia Galeni, imò Hippocratis eſt
ὄχημα τρόφης vtpote cuius ope craſ-
ſiores alii humores per exiles ve-
narum capillarium tubulos ad ha-
bitum corporis, & remotiſſima
partes deferuntur, etiam nutrica-
tum de ſuo iis impertit, earumque
auget ſubſtantiam, id quod ex eo
mihi confirmatur, quòd ſi pars
quæpiam animalis recens mactati
in prunam coniiciatur, ſtrepitum,
non aliter ac ſi repente aqua inſ-
perſa ei foret, ilico edit ignis.

Verùm dicet aliquis, ſiccine tu
ſubſcribis Hippocrati, Is vero lib.
de nat. hominis docet, huius corpus
in ſe ſanguinem & pituitam, ac bi-
lem duplicem, flauam nempe, ac ni-
gram continere, ex quibus corporis
ipſius natura conſtet. Quod & eo-
dem libro confirmat dum ſcribit,
per hyemem augeri pituitam, vt-
pote cum ipſa ex omnibus quæ in

corpore iusunt ad hyemis naturam maximè accedat, eò quòd sit frigidissima. Verè adhuc quidem in corpore vigere pituitam, sed sanguinem increscere, quod & frigora remittant, & imbres succedant aestate vero sanguinem adhuc vigere, & bilem in corpore attolli, & in autumnum protendi. Denique per autumnum sanguinem paucissimum gigni, siquidem siccus est autumnus, & hominem iam refrigerare incipit; bilem autem atram autumno, tùm plurimam, tùm vehementissimam esse.

Verumenimuerò hæc obiectio parum me mouet, siquidem hic liber legitimus Hippocratis foetus esse mihi non videtur, vt vt contrarium sentiat Plato in Phædro, & post ipsum Galenus, tùm quia non approbat iste locum huius libri in quo docet author, venarum paria quatuor è capite procedere, quem etiam Arist. Polibio Hippocratis

discipulo ascribit lib 3. de hist. a[...] cap. 3. sic enim ibi. Polybius hæ[...] v. natum paria 4 &c. tum quia hi[...] liber non sapit breuitatem & ob[...] curitatē styli Hippocratici, imò [...] diffusis, planèque explicitis senten[...] tiis contextus est, qualis supra ci[...] tata de humoribus vobis appare[...] potest; tum denique quia duo al[...] prostant Hippocratis loci in qui[...] bus aliter de humoribus ex quibu[...] homo constituitur, & quorum[...] causâ ægrotat, sentit, Primus est li[...] degenit. his verbis conceptus *sun[t] enim quatuor species humidi*, αἷμα[...] χολή, ὕδωρ, καὶ, φλέγμα, Secund[...] verò l. 4. de morb. vbi iisdem pro[...] sus vtitur verbis, nisi quòd vocabu[...] lum ὕδρωψ pro ὕδωρ vsurpat hisc[e] etenim vocabulis Hippocratem [...] rum denotasse pro rato habeo v[...] pote quod aqueam consistentia[...] obtinet, ac præterea febri, vt aqu[...] igni infestum est, vt patet ex loc[...] quarti de morb. superius citato i[...]

hæc verba. Incalescente sanguine, vel vt Foësio placet, corpore, per hoc aquosum ( ὑδρωποειδὲς vocat ) primum exhalat, vtpote febri infestissimum. Nec secus censet Petrus Sal. Diuers. comment. in lib. . de morb. ibi enim pernegat per aquam in locis allegatis intelligi ab Hippocrate succum melancholicum qui sit totus terreus. & Elemento terræ in corpore humano respondeat: sed per aquam, partem ichorosam, & serosam quæ in corpore humano naturaliter non tantùm diluendis, temperandisque aliis humoribus; verumetiam pluribus aliis vsibus sicuti ad subungenda ossa, ad humectandos articulos, ad leniendas partes siccas, ad dandum humoribus facilem per corporis anfractus permeationem debetur, intelligendam censet. Quinimò hanc ichorosam partem Hippocratem tanti fecisse ait, vt eam inter principales partes

recenſuerit , vtpote quæ vbi me diocriter affluit ſanitati , vbi au tem abundat, vel deficit , morbo afferat ; Rurſuſque hunc humo rem locis citatis ab eo intelligi c eo probat , quod lib. 4. de morb text. 8. eum ex potu gigni affeu rat, ſiquidem ex potu non melan cholicus, ſed ichoroſus, ſeu ſeroſu humor generatur : atque ex eo no valdè fortes, nec diuturnas febre generari docet, cum tamen ab hu more melancholico vehementes & ferè ſemper diuturnæ oriantur Atque huic ſententiæ Fauet Iou bert. Parad. 3. decad. 3. vbi afferi illud ὑδρωποειδὴς, quod aquoſum vt pareſt , ſupra vertimus, non eſſe humorem melancholicum , ſed ſe roſum qui febri omnium infeſtiſ ſimus habetur. Verum an hæc mens Hippocrati fuerit , & vtrum pe ὕδωρ & ὕδρωψ, melãcholiã, ſerum u cintelligendum eſſe voluerit, ſe dulo adhuc magis inueſtigare pla

cet, ita enim futurum ſpero, vt vniuerſa de humoribus doctrina exinde clarior euadat.

Equidem omnes ad vnum eius interpretes exiſtimant, his verbis ipſum, ſuccum melancholicũ dubio procul ſignificaſſe. At abſit, vt medicorum omnium principem, vſque adeo deliraſſe putem, vt vnum ex alimentariis ſuccis, naturæ proportione, & conuenientiâ terreo elemento, eique ſicciſſimo reſpondentem, elementi humidi, & in quorumdam ſententia humidiſſimi nomine deſignare voluerit, ac ne dum ſemel ita pronuntiarit, verumetiam bis idem conceptis verbis repetierit. Quod ſi dicat quis Hippocratem per φλέγμα ſignificaſſe humorẽ frigidum & humidum, ſiue aquoſum: per χόλην bilem calidam & ſiccam, ſiue igneam: per αἷμα ſanguinem humidum & calidum, ſiue aëreum: ſupereſſe itaque, vt per

vocabula ὕδωρ & ὑδρωψ melāch[o]liam ſiccam, & frigidam ſiue te[r]reſtrem denotauerit? Reſpond[eo] ipſum pet phlegma non potuiſſ[e], nec debuiſſe intelligere frigid[um] humidum, & aqueum ſuccum, v[t]pote cum phlegmati, & bili f[e]brium ardentium generation[em] tribuat, tum conjunctim tum ſ[e]paratim. Sic etenim lib. 1. [de] morbis, cum bilis, aut phlegma i[n]caluerit ab his reliquum tot[um] corpus calefcit, & hoc vocat[ur] febris. Rurſuſque eodem libro ſ[e]ré ſub finem. Cauſus corripit b[i]lioſos; corripit & phlematicos. [l.] 4. virtus acut. cauſum alteru[m] ex bile ſynceriore, alterum ex e[o]dem phlegmati permiſtâ deſcribi[t]. Et reuera quemadmodum nega[t] non potuit quin aqua ignem e[x]tingueret, tantùm abeſt vt foueret. Sic febris ardentis, quam ipſem[et] πῦρ appellat, generationem h[u]mori aquoſo aſcribere, nec potu[it]

n[…]

nec debuit.

Verumenimuerò quò hisce tricis & ambagibus nos expediamus, Ariadnes filo omnino opus esse videtur. Illud verò erit Etymon nominum quibus prisсis, sed interim sapientibus rerum nomenclatoribus eiusmodi humores placuit appellare. Et quidem tria illorum ab vrendo deducta esse inuenio, vel certè a verbis quibus hæc apud græcos significatio est. Quippe αἷμα deriuatur a verbo græco αἴθω I. ardeo : Χολὴ ἀπὸ τοῦ χεῖσθαι I. vri. φλέγμα a verbo φλέγω I. vro, ardeo. Quartus vero humor vocatur ὕδωρ vel ὕδρωψ iisdem quib⁹ aqua nominibus, tum ob similem consistentiam, & fluiditatem, tùm quia vt hæc igni, ita ille febri planè infesus est. Ex quo non leuis mihi suspicio, imo certitudo incidit, nomina hæc humoribus massæ sanguineæ a primis siue Physicis, siue

Medicis Asclepiade nimirum,
probabile est, & posteris eius i
posita esse, atque ita ad Hipp
cratem, vtpote de ipsorum fam
vnum, per traducem peruenis
Et tribus quidem prioribus ab
rendo eò quòd in corporibus a
malium accendi, & febrem c
gignere, tùm genitam fouere a
nati sint; Quarto vero nempe s
nomen aquæ ob rationes su
allatas, cum credibile non sit al
præter medicos talem appellat
nem tribus saltem prioribus ap
turos fuisse, siquidem ex se, &
tura sua frigidi actu sunt, mini
vero calidi, nisi cum ob spiritu
præsentiam calescunt; Vel cau
rum calefacientium vi succend
tur, putrescuntue. Atque his m
sus confirmatur id, quod paulo a
te dicebam, non potuisse neq
debuisse Hippocratem per φλέγ
intelligere humorem frigidum h
midum, & aqueum, quem vulg

medicorum pituitam vocitat. Nec satisfacit quod dicit Varandæus, hoc ipsi nomen per ἀντίφρασιν indi-tum fuisse, cum enim in seriis lu-dendum non sit, probabile non est, tam sapientes viros quales fuerunt primi nominum impositores, rei tam seriæ qualis est denominatio humorum, in quorum bona cõsti-tutione sanitas, in mala vero mor-bus situs est; per iocum vacare vl-lo pacto apud se decreuisse. Quare cum nulla ratione adduci potue-rit Hippocr. vt per ὕδωρ vel ὕδρωψ humorem terreo elemento pro-portione naturæ respondentem intelligeret, vt neque per φλέγμα humorem aquosum, quem pitui-tam vulgo appellant, inuestigatu dignũ occurrit quid per vocabula illa αἷμα nempe, χολὴ ὕδωρ vel ὕδρωψ & φλέγμα significatum voluerit. Existimo porro ipsum per αἷμα, in-tellexisse haud dubie humorem fri-gidum & humidum, humiditate

aërea & pingui potius, quam aq[illegible]
sâ & liquidâ, aëri impuro inte[illegible]
lia elementa impura maxime a[illegible]
do, analogum, & continuò [illegible]
nium aliorum humorum frigi[illegible]
ſimum, ſed tamen quemadmod[illegible]
aërem ambientem, qui flamma[illegible]
pabulum quotidianum cedit, [illegible]
cendi paratum, qui vulgò pit[illegible]
nominatur: per χολὴν bilem qu[illegible]
flauam nuncupant Elemento ig[illegible]
impuro naturæ proportione [illegible]
pondentem, eamque ad inc[illegible]
dium concipiendum prompt[illegible]
per φλέγμα verò humorẽ terre[illegible]
qui a vulgo medicorum mel[illegible]
cholia dicitur, tùm quia ter[illegible]
aduſtarum inſtar niger eſt, & c[illegible]
ſus, tùm quia ſatis facilè accen[illegible]
tur, febrimque generat. At[illegible]
huc reſpexiſſe videtur idem H[illegible]
pocr. lib. 1. de morb. vbi h[illegible]
profert. Phlegma naturâ frigid[illegible]
mum eſt: Sanguis verò calidi[illegible]
mus: bilis aliquanto ſanguine[illegible]

idior. Nisi enim ad generationem
brium hîc respexisset, defendi
cus iste nullo modo posset, quan-
oquidem bilis, vtpote cum igne
mnium iudicio analogiam dicens,
nguine quod per αἷμα intelligunt
mnes, etiam dato quod propor-
onem naturæ habeat cum aëre
uro, Nemine penitus discrepan-
e calidior est. Verùm ad genera-
ionem febrium intermittentium
æc dicens animum hauddubie
duertit, quasi voluerit id esse ca-
idissimum quod citiùs, faciliùsque
n corpore incendium concipit.
ensus itaque verborum illius talis
sto. αἷμα I. humor aëri impuro
roportionatus, quem pituitam es-
e probaui, est calidissimus, vtpote
ui quotidie succenditur, & fe-
rem quotidianam producit χολή
. bilis prædicto humore paulò
rigidior est, vtpote quæ nisi ter-
io quoque die non accenditur, &
ertianam tantùm excitat. Phlegma

denique id est melãcholia est frigidissimus humor, vt qui non ni post quartum diem denuò incenditur, & interpolatum paroxismum febrilem redintegrat.

His igitur hoc pacto statutis, seroque in humorum alibilium familiam admisso, quod a me superius de febribus statutũ, placet hic repetere, & continuò inquirere num hoc etiam ad febres producendas suo modo concurrere, imò sui generis febrim procreare possit. Dixi porrò supra nullam febrem absque bile generari in corpore hominis posse, id quod ante me asseruit. Ioubertus parad. sect. 2. Rationem verò reddidit, quia nimirum bilis ad instar sulfuris alios humores igni concipiendo, & conflagrationi idoneos reddit, propositum verò ibi præterea ex Hippocratis sententia τὸ ὑδρωποειδὲς quod de sero intelligendum esse vult idem Ioubertus

bri esse infestissimum.

Verùm, an propterea serum a febris generatione prorsus excludenus? minimè licet enim aquosa sua substantia bilis inflammabilitatem, non secus, ac aqua flammæ progressum coërcere videtur, nihilominus quoniam motus, quo humores febres committentes ad sui corruptelam tendunt, non simpliciter est vstio, sed quandoque sola putredo, & non rarò mistus ex vtràque. Inter febres verò quædam grauem & excellentem putredinem pro causa agnoscunt, nihilque putredinis capax est, quod humiditate aquea non scateat, serum verò quod planè aquosum est, magna plerunque copia in venis, & toto corporis habitu cumulatur, hinc fieri existimo, vt, febres quo tẽpore serum abundat in bile, & aliis humoribus accensæ, ad tactum quidem mites, sed interim malignæ generentur, idque

ob eximiam putredinem prædi
seri copiosioris sobolem. Quoci
ca supradictis tribus febrium g
neribus, quartum adiungere a
deo, nempe serosarum, eas ve
etiam malignitatem nunquam n
habere annexam pro rato hab
Etsi enim omnes ad vnum praxi
medicam exercentes, febrium m
lignarum mentionem faciunt, e
rumque non pauci, ad ipsarum n
turam explicandam, putredine
haud vulgarem, grauem, excellen
tem, largam, profundam, so
dam, ad minima elaboratam, &c
causantur, in quo tamen ea con
sistat, non dicunt, quocirca r
tota ex sequentis quæstionis di
cussione, vt spero, planè eluc
cet, si prius dixero serum solu
etiamsi nullus alius humor cu
ipso ad febris generationem con
currat, febrim sui generis facere
eamque mitem, sed interim mal
gnam suo modo, & insidiosam

qualis iis accidit, quibus ob omnimodam renum, vreterum, vel colli vesicæ obstructionem, serum in venis & arteriis retinetur, indeque in corporis habitum longè, latèque dispergitur, retentum enim mora longiore putrescit, & febriculam excitat, per quam somnolenti ægri non tam aucto præter naturam calore natiuo, quam suffocato, extinctoque ferè, moriuntur.





# *Dessertatio de febribus humoralib⁹, & in specie de putridis & malignis.*

SED ad rem. Quærunt Medici, an febres omnes humorales ex putredine ortum ducant: an verò citrà putredinem ex solâ humorum incandescentiâ, quædam febris oriri possit. Prius medici ferè omnes tuentur. Posterius asserit Franc. Vales. lib. 5. controuers. cap. 19, nam cum sint, ait, duo motus ad corruptionem, vstio nempe, ac putredo, quædam ad hanc, quædam ad illam paratiora sunt, additque ea quæ calidissima sunt adiunctâ potissimùm siccitate ad vstionem esse paratissima: quæ verò humore abundant, aut non habent calorem multum, ea ci-

ius putrescere, ac cum ex priorum genere sit bilis, eam sine putredine febrem accendere posse putat: Et tali ferè febre laborasse iuuenem illum existimat, cuius mentionem facit Galenus 10. meth. alioqui cibum, quem illi obtulit, magnum ipsi damnum allaturum fuisse, atque dari tales febres ex sola bilis vstione, inde colligi posse existimat quod crebrò febre laborantibus accidant vomitus fluidi minimè foetidi.

Verumenimuerò hac difficultate nos expedire perfacilè est, si quod de febribus paulò ante diximus hic repetamus. Diximus porrò bilem minimo negotio incendi, vtpote quæ, & sicca sit & semina ignis in se habeat, quemadmodum oleum, siue sulfur Chymicorum: verùm quia sola non accenditur, sed cum eâ cæteri humores inter quos φλέγμα siue, me auctore, humor terreus quem melancholi-

eum ſuccum vulgò appellant, ad vrendum poſt hanc maximè promptus eſt; Serum verò ad putrendum paratiſſimum, pituitâ ad vtrumque motum vſtionem nempe, ac putredinem æqualiter ſe habente, ideò motum quo humores ad propriam corruptionem tendunt, & cuius meritò febres accendunt, inter vtramque ambigere pronuntiamus, aſſerimuſque, licet ad alterutram plerunque magis inclinet. Si enim bilis copioſior cum æquali ferè melancholiâ, reliquis pituitâ nimirum, & ſero naturalem modum ſeruantibus, vel infra debitam ſibi a natura mediocritatem conſtitutis accendatur, hic motus vſtioni vicinior erit quam putredini, ſicque febris ardens breui primigenium cordis humidum depopulatura, producetur. Sin pituitæ, ac ſeri maior quam bilis, & melancholiæ copia fuerit, hic motus ad putre-

dinem magis verget, ſicque febris putrida generabitur, ac ſimplex quidem putrida, ſi pituitæ moles quam ſeri auctior fuerit, maligna verò ſi ſeri. Neque id in dubium reuocari poteſt ſi malignitas harum febrium in excellenti quapiam putredine ſita eſt, vt certè ſita eſt vel doctiorum iudicio, cum certum ſit experientiâ teſte, aquam, & quæ eius humore ſcatent, cæteris paribus inter omnia corpora facilimè in putredinem incurrere, maximè ſi cæſpitent, nec loco moueantur iuxta illud.

*Et vitium capiunt ni moueantur aquæ.*

Ab eâ verò corpora commodè præſeruari, quoties humore huiuſmodi ſpoliantur, exſiccanturque. Abſit tamen, quò omnis hic cauillandi occaſio tollatur, vt L. Iouberti opinioni ſubſcribam dum paradoxo 4. ſect. 2. aſſerit materiam proximam febrium omnium contineri in corde, ibique ſuc-

cendi, quemadmodum ligna in foco, contrarium enim obſtendũt febres Symptomaticæ quæ inflammatorios partium externarum affectus comitantur, cum in iſtis nihil præter calorem, vel ſimplicem φλογωσιν cordi communicetur.

Hæ porro febres, vt hoc obiter addam, duplici nomine contagioſæ eſſe mihi videntur, humiditatis nempe aqueæ ſeri, & aëreæ pituitæ, ſiue per me ſanguinis ratione, quæ cum viſcoſitatem habeant, adiunctam, omne enim humidum ſimul ac ſemel viſcoſum eſt, in causâ ſunt cur putredinis huiuſmodi fomes firmius, & tenacius adhæreat; Et ſpiritus naturalis itidem putreſcentis merito, vtpote qui vbi ex carpore νοσέρας ἀποκρίσι@ ſpecie effluxerit ſanum minimo negotio ſubit, idque proprietate ſpecifica inficit, inquinatque, licet minus efficaciter quam in

peste, propter minorem huius spiritus, quam vitalis elaborationem, siquidem me auctore pestilens vera ex sanguinis arteriosi, & spirituum vitalium in corde, & arteriis putredine originem trahit, vt maligna ex sanguinis venosi & spiritus naturalis in ventriculo hepate, & venis corruptione. Cæterùm malignæ istæ febres, quas cacochymiæ serosæ suprà ascripsi, suas quoque habent differentias diuiduntur que vt cæteræ, in continuas, & intermittentes cumque de continuis dubium non sit, at intermittentium mentionem facit Hippocr. in constitutione pestilenti lib. 3. epid. sect. 3. his verbis. Multa alia passim vulgata sunt febrium genera, tertianæ, quartanæ, nocturnæ, id est quotidianæ quæ singulis noctibus, vel recurrunt, vel exacerbantur. Intermittentem quoque malignam se vidisse testatur Hercules Saxonia

cum nigris exanthematis lib. 8. de febrib. cap. 38. ipſeque ego, & Collegæ mei teſtari pariter poſſumus, febres intermittentes rubris, vel purpureis maculis ſtipatas anno 1652. Diuione a nobis obſeruatas eſſe. Quin, & intermittentes malignas dari docet Sennert. ſic enim lib. 4. de febrib. cap. 5. febres autem quæ in ſpecie malignæ dicuntur, & in primis quæ ex priuato humorum vitio generantur, intermittentes interdum eſſe experientia teſtatur, nec ratio id diſſuadet. Nam cum in talibus febribus tanta veneni vis non ſit, nihil obſtat quin natura ſtatis periodis excretiones aliquas inſtituere poſſit. Verumtamen etiamſi hæ febres certos typos obſeruent, tamen quia natura oppreſſa ordinem in motibus ſuis certum ſeruare non poteſt accidit, vt iſtæ febres ſtato ordine non exacerbentur, ſed erraticæ quaſi ſint.



## *Febres malignas & purpuratas, serosas præ dominio esse, ac dici debere.*

IAM quod eiusmodi febres malignæ tam intermittentes, quam continuæ, serosæ dici debeant, siue cacochymiæ serosæ aqua maior putredinis gradus pendet, malignitatis ipsarum causa ascribenda sit, ostendit progressus illarum quæ anno 1652. in vulgus sæuierunt, nimirum eas antecedentia, concomitantia, superuenientia consequentia, ipsaque tandem curatio. Nam quod ad antecedentia, attinet, hasce febres quatuor quinqueue anni pluuiis vsque adeò addicti præcesserunt, vt plerunque toto semestri vix vnam diem se-

renam, & pluuiarum prorsus expertem cuiquam obseruare licuerit, ipseque aër per autumnum præcipuè, atque hyemem humore aqueo scatens planèq; imbutus apparuerit. Atque hinc factum reor, vt per eas tempestates maximus cum pituitæ excrementitiæ, tum seri quoque excrementosi prouentus factus sit, iuxta axioma in scholis medicorum receptum, qualis aër, tales spiritus, quales spiritus, tales humores, & solidæ corporis partes. Ostendam verò cum ex professo de hoc tractabo, triplicem esse in corporibus animalium respirationem, vnam in cerebrum reparandi spiritus animalis gratiâ; secundam in cor reparandi vitalis causa; tertiam denique in ventriculum instaurandi naturalis ergo, atque ita aërem talem qualis nos circunstat hisce omnibus viis, vt de transpiratione nihil dicam in corpora se penetrare. Ex quo nemini

mirum videri debet, si cum per id tempus nubilosus pluuius, atque totâ suâ substantiâ vliginosus fuerit aër, maxima exinde tum pituitæ excrementitiæ, siue excrementitia, & aquea humiditate scatentis, tum seri pariter excrementitii copia in corporibus hominum succreuerit, vnde malignæ febres de quibus agitur, originem duxerunt. Atque hûc spectant pestilentes illæ tempestates 2. epid. sect. 1. & 3, sect. 3. vtramque enim Hippocrates imbribus assiduis refert acceptâ vt, & quod Foësius in rem præsentem habet, ait quippe comment. in 2. epid. prompto igitur, in pluuias æstatis cælo, putrilaginem humorum multam concitari par erat, sunt enim, putredines τῶν ἐπομβρίων soboles: quin & Aphor, 15. lib, 3. Inter anni status, siccitates imbribus assiduis omnino salubriores, minusque funestæ sunt, eò quod sanè cum nulli a

putredine morbi succrescunt.

Quod ad concomitantia verò nunquid istæ febres sub certâ specie homines prima fronte, vix aggressæ sunt, sed erraticæ primùm fuerunt, hoc est intermittentes absque vllo typo, vt quæ cum tertiano more, ac modo primùm inuasissent, mox quotidianæ typum seruarent, atque exinde continenter affligerent, contrà verò singulis diebus quod frequentius, quotidianæ in modum recurrerēt, aliàs tertio inducias darent, quartoquè rursus incesserent, nec deinceps vllo pacto ad morbi vsque solutionem intermitterent. Accedit ad hæc quod etsi per primum morbi insultum periodicè singulis, aut alternis diebus lacesserent, tamen ægri vix decumbebant, sed multi ex iis per vicos, ac plateas ambulabant, & reliqua vitæ ciuilis munia, actionibus quoquo modo læsis, etiamnum obi-

bant; Id quippe ad aliam causam referendam esse non existimo, quam ad serum vitiosum maximâ copiâ, cùm in reliquo corpore, tum vel maximè in venæ portæ propaginibus, in quibus iuxta potiorem praxim medicam exercentium opinionem, intermittentium febrium materia accendi solet bili, & reliquis humoribus accensioni paratis permistum, aquo ipsorum incendium, non secus ac a lignis viridibus in focis nostris flammæ progressus solet, retardaretur; venim, esto quòd in lignis huiusmodi viridibus, & humore aqueo supra modùm scatentibus, sit multa sulfuris per se inflammabilis, & terræ ad exhalandum, & flammam alendam aptæ, copia, portioque ligni, expulsâ iam ab igne humiditatis prædictæ parte accendi incipiat, tamen si flamma inde orta in aliam ligni partem humoris aquosi adhuc sibi consciam, inci-

dat, eius prouentus ilicò coërcetur, ipsaque intercidit, nec prius reuiuiscit, quam humor eiusmodi sub vaporis specie prorsus dissipatus fuerit. Ita sanè in febrium harum generatione rem se habuisse pro certo teneo: quoties enim propter ἀδιαπνευστίαν siue transpirationis defectum, repressis propriis fuliginibus humores prædicti, bonâ seri parte exhausta accēdi incipiebant, toties paroxysmus aderat, cessabat verò quoties materia succensioni prorsus inepta, vtpote copiosioris seri particeps incendio febrili obstabat, idque repetitis vicibus absque vllo typo, & recurrendi modo fiebat, donec inflammabilitatis impedimento, sero nempe, vel maxima ex parte sublato, vel ad ebulliendum conuerso, humores omnes in venis contenti reuera putrescerent, febrisque inde continua succenderetur. Et quidem simile quid docet

Hippocr. loco iam citato quarti de morbis etsi alio exemplo in medium adducto; quocirca integrum illius textum non pigebit hic attexere. Sic verò ibi. Incalescente corpore, per hoc aquosum quod est febri maximè infensum præcipuè exhalat, relinquitur verò pingue, ac læue quod est biliosum, & præcipuum febris alimentum. Ad hunc autem modum exhalat, non secus, ac si quis affusa in vas æneum aquâ, & oleo, ligna multa diutius succendat, aqua certè longe paucior, cum ex vase exhalet futura est, oleum verò paium imminuetur, siquidem aqua propter raritatem extenuari, & leuis reddita exhalare potest. Oleum autem cohærens, ac densum, extenuari nequit, neque vti aqua exhalari: ita sanè & in homine se res habet. Incalescente namque corpore aqua foras exhalat, quod verò est biliosum cum cohærens, &

denſum ſit, neque ſimiliter ext
nuatur, neque exhalat. Verùm e
nuatus bilioſus humor efficit,
corpus magis incaleſcat, & in co
pore diſperſus, aut firmatus m
bum cum prioribus corroborat.

Præterea primis morbi dieb
calor admodum mitis erat quin
toto ferè eius decurſu talis per
uerabat, pulſuſque a naturali
rùm recedebat, quin & vrinæ
norum planè ſimiles, ac non
rò cum laudabili ſedimento app
rebant, ægrique ineunte affe
dolore capitis prægrandi; ferèq
intolerabili quin & alio circa c
tilaginem xyphoidem vexabãtu
ad ſomnum procliues erant: m
uendi corpus impotentia labo
bant, quæ progreſſo eo in vigili
delirium, & iactationem mu
bantur. Hæc verò omnia non
ad cauſas ſupra allatas referri po
ſunt.

Et quidem quod calor bland

sic mitis non initio solùm, verùm etiam per totam morbi historiam apparuerit, nemini mirum videri debet, cum hæ febres excellentem putredinem pro causa agnouerint, hæc vero seri excrementitii cùm in venis omnibus cùm in toto habitu collecti copiam arguat, a quo calor natiuus penè suffocabatur, ac ne sub febrilis idea explendesceret impediebatur; Vt enim ad vstionem sequitur calor acer & mordax; sic per extremam putredinem cuius causa materialis præcipua est aqua, & huic analogum serum, calor nunquam non est lenis, mitisque ad sensum saltem.

Neque vero pulsus sanorum similis ad aliam causam referendus mihi videtur, quippe vapores a tali putredine suscitati, vt ebullitionem potius, quam vstionem pro causa habent, ita cordis calorem parum adaugent. Accedit ad hæc, quod facultas cordis motrix lan-

guida est, cum ob latens venenu
ab huiuscemodi putredine excel
lenti ortum, tùm ob alimenti pro
prii vitalis spiritus, halituosæ nem
pe massæ sanguineæ portionis qu
in hisce quoque febribus putre
solet, paupertatem, quare a facul
tate debili, & vsu parùm, vel nihil
aucto, pulsus fiebat medius int
velocem, & tardum; validum
debilem, atque ita sano affinis
nisi quod paulò minor, erat la
guidiorque. Quod vero vrin
quoque a naturali statu vix rece
serint, id ab eadem causa, seri né
excrementosi nimia copia, pen
dere mihi videtur. Cum enim co
tio materiæ febrilis in ardentibus
quas ex bile, vel sola, vel succo me
lancholico commixta, sobolesce
re, suprà statui, sit incinerati
quædam, quæ si inchoata fuer
confusas cum colore flauo inte
so vrinas reddit, sin absoluta se
dimenti rubri specie in fundo m

tulæ ſe prodit : in putridis verò ſimplicibus, putredo quædam oriatur ſimilis ei quæ fit in tumoribus p. n. teſte Gal. 2. de differ. febr. adeò vt puri quid analogum in matula exinde ſubſideat. Sanè in malignis hiſce quas ſeroſa cachochymia parit, nulla coctio, vel affecta, vel perfecta vllo ſedimento in vrinis conſpicuam ſe dat, tum quia ſerum omnis pepaſmi eſt incapax, vtpote aqueum & ad craceſſeſcendum parum aptum : tum quia calor natiuus ſub extremâ putredine, & inde orto veneno languens, & ad hæc præ alimenti proprii de quo ſuprà, penuriâ penè deficiens, humores alios præter ſerum coquendos non aggreditur.

Mirum porrò nemini videri debet ſi vehemens capitis dolor miſeros ægrotantes primis ſtatim morbi diebus excruciauerit, quandoquidem is a copioſis vaporibus

ad cerebrum conſcendentib eiuſque membranas diſtendenti bus pendet, hæ verò nuſqua copioſiores reperiũtur quam cu ſerum præ cæteris humoribus a bundat, efferueſcitque, vt p haſce febres contingere ſolet. E enim in hoc caſu vapores bilio ab authoribus paſſim accuſantur pace tamen ipſorum dixerim, b lis vtpote ſicca, vt ad vapore cendum parum habilis, ita ad e halandum promptiſſima eſt poſt hanc melancholia; At ſerum vt pote aqueo elemento naturæ pro portione reſpondens in vapore conuerti maximè omnium humo rum aptum natum eſt, poſtque ho pituita, ſiue ſanguis propriè dictus Quocirca cum in malignis hiſce fe bribus ſerum, & pituita præ aliis dominentur, nihil mirum, vt dixi, ſi capitis dolor, iſque præcipuè grauans, ægrotantes per initia diuexarit.

Quod si quis obiiciat perperam
hæc a me dici cum bilis, & me-
lancholia saltem ratione proprii
ceteri etiam in vapores abire possint?
Respondeo bilem naturalem om-
nem seri, siue aquosi humoris cō-
mixionem respuere, id quod ex-
pensa diligenter eius natura vni-
cuique facilè innotescet. Dico
igitur bilem, vel Hippocrate do-
cente loco quarti de morbis iam
non semel citato, esse pingue, &
quæ, quod in massa sanguinea re-
peritur, quodque febri maxime
nutrimentum esse ibidem scribit:
Cæterùm eamdem esse illius, at-
que olei rationem, & quemad-
modum oleum, si quidem flam-
mam aliturum est nullam aquei
humoris partem admittere debet,
aliàs ad id ineptum euadit, ita bi-
lem, quæ est communissima spiri-
tus materia, saltem eius qui in cor-
de gignitur, cuius procreatio flā-
mæ generationi planè est affinis

(Communissima, inquam, quipp[e] pituita pro sua quoque parte ad spiritus vitalis, qui aliorum basis, ac fundamentum est, siue generationem, siue nutritionem, materialiter concurrit) nullam vel minimam aquei liquoris portiunculam in sua constitutione naturali debet recipere.

Et quod ad melancholiam spectat, credibile non est eam in corporibus animalium maiore seri, seu aquæ portione dilui, quam terra impura cum qua analogiam dicit, & qua natura ad plantarum cum generationem, tum nutritionem vtitur, quæ tamen experientia teste, si maiore quam par sit aquæ copia imbuatur adeo vt lutosa exin euadat, in eoque statu perseueret, ad præfatos vsus planè inepta redditur. Quare cum bilis quandiu saltem naturæ cancellis coërcetur, ne vel minimum de fero, siue aqueo humore obtineat,

perparum verò melancholia ex naturæ voto se habens admittat, vanescit dubio procul superior obiectio, quin ratum, ac statutum manet bilem naturalem in vapores nullo pacto facessere, contrà quam Scholæ hactenus sibi persuaserunt, euulgaruntque; melancholiam verò perpaucos de se emittere, esto exhalationem sui generis vtraque fundat. Quod ad somnolentiam porrò quæ hisce febribus diuexatis morbo nondum prouecto familiaris fuit, etsi eam medici omnes pituitæ prædominanti, putrentiq; referunt acceptam, mihi tamen serum pro causa materiali præcipuè agnoscere videtur, nec iniuriâ, siquidem cum spiritus animalis in mea sententia igneæ maximè sit naturæ, vt eius calor, tenuitas, & splendor planè loquuntur, idem illi mihi videtur accidere a sero, quod igni ab aqua, & quemadmodum hæc igni non tam officit

frigore ſuo calorem eius necando, quam ſubſtantia denſa illum ſuffocando, atque ita reſpirationis continuòque vitæ vſura priuando, tandemque propriis tenebris lumẽ eius extinguendo; ita ſerum non tam frigiditate ſua ſpiritus animalis caliditatem eneruat, quam ſubſtantia ſua denſa eius tenuitatem, mobilitatemque reprimit, vnde illius cum reſpiratio, tùm vita intercidit, tandemq; lumẽ, quoad cognitionem ſenſitiuam indiget, connaturalibus ſibi, tenebris obtundit, quod pituita præſtare nullo modo poteſt, vtpote quæ etſi frigida, tranſlucida tamen & alba exiſtit, quæ quidem albedò, eſt debilis lux, vel minimùm luci familiaris, & amica qualitas, vt quæ hanc fouet, & ad minimum eius radium exſplendet, lumenque quoquouerſum diffundit: Eſt quippe pituita humor aëreus, minimè aqueus, ex probatis; Oſtendam

verò alibi cum albedinem, tum pelluciditatem aëri competere.

Ad hæc plurimis, hoc modo affectis primis statim morbi diebus excrementa alui profluebant, liquida, & aquosa, & non rarò viridia, sed interim minimè fœtida; Idemque exhibito 4 vel 6 die blando medicamento apparebat quippe cum succo porri simillima excrementa eius ope citra fœtorem extunderentur, quo facto sedabatur dolor circa regionem stomachi, & cartilaginem xyphoidem ægros ita discrucians, vt eo præsente de nullo alio Symptomate fere conquererentur, manumque sibi ad cartilaginem prædictam admoueri non paterentur. At hæc serosæ cacochymiæ dubio procul attestantur. Nec obest color viridis, quem authores nostri bili æruginosæ, vel porraceæ in ventriculo calidiore genitæ tribuunt, hic enim color experientia teste

ãquis per æſtum loco quopiam diu cunctantibus atque a ſole exuſtis familiaris eſt, viſuſque eſt aliquoties Oſchara fluuius vrbis noſtræ muros alluens, per calidiſſimas, & ſqualidiſſimas æſtates, quibus in locis eius aqua lentè decurrebat, cæſpitabatuc, viridi lanugine, tenuique muſco qualis lapidibus, imò & lignis loco quopiam humido fraceſcentibus, adnaſcitur, veſtitus, qui temporis progreſſu magis ac magis aduſtus, tandem nigreſceret, circa arenoſum marginem præcipuè.

Verùm quid ſingula perſequi eſt opus quò ſeri per præfatas febres dominium aſtruamus, ſi nihil aliud curatio loquitur, ſiquidem quibus profluuia alui liquida, aquoſa, & fœtoris expertia in principio, vel nondum valdè prouecto affectu adfuerunt, aut ſudores copioſi, diebus præſertim criticis profluxerunt, ii omnes fœ-

ticius morbo defuncti sunt: vt & quibus exanthemata, quorum materia, spirituosa nempe humorum alibilium portio, vel potius spiritus naturalis serum pro subiecto, & vehiculo nunquam non habet, tempestiuè eruperunt, vt taceam purgationes hoc fine institutas, sudores artis operâ elicitos; scarificationes, hirudines, & vesicatoria quæ vsque adeò in hisce febribus laudat Mercurialis med. pract. lib. 5. cap 17. vt ea adhiberi iubeat statim atque magna symptomata apparent, & malignitas formidatur, cum tamen ab hisce omnibus præsidiis, nihil ferè præter serum vacuatum esse inter curandum obseruatum sit.

Ne quid tamen reliqui fiat, quod circa hasce febres desiderari possit; Et quò superior nostra de earumdem naturâ opinio fidem sibi apud posteros conciliare valeat, dicere audeo (de quo tamen

neminem quo tempore regnabat, vel muſſitare memini ) eas de genere quidem malignarum eſſe, at in ſpecie morbum vngaricum fuiſſe, aut certè ipſi valdè affinem, nedum quia Sennertus lib. 4 pract. medic. cap. 12. illum affectum inter febres petechiales refert, & cæteris magis contagioſam, grauioribus Symptomatis ſtipatam, & pernicioſiorem exiſtimat, ita vt ad peſtis naturam proximè accedat, verum etiam quia huiuſce morbi hiſtoria epidemiæ noſtræ febri anno 1652. in vulgus ſæuienti, facilè accommodari poteſt. Hanc verò ſic refert Thomas Iordanus lib. de peſtis phænomenis. Circa tertiam, vel quartam a meridie horam inuadebat, eiuſque ἐπισημασία cum leui rigore, aut potius frigore, horroreue obſeruabatur. Poſt horæ quadrantem æſtus illum excepit, qui dies, & noctes ſequentes aſſiduè cos

detinebat. Conquerebantur in primis de capitis dolore. Deinde manu quoque admota oſtendebant ſub ſterno regionem ad cartilaginem mucronatam, vbi orificii ventriculi ſedes vulgo creditur: Ibi omnibus quædam renitentia & durities obſeruabatur, cuius etiam attactum non ferebant. Sitis inexhauſta primis ſtatim diebus aderat, poſtridie, vel ad ſummum tertio die deliria adueniebant, quæ ſat diu perſeuerabãt. Exacerbationes erant circa veſperam, & per noctem recrudeſcebat morbus, lingua erat arida, labia fiſſa: quibuſdam ſanguinis ſputum ſuperuenit, nonnullis materiâ per aluum euacuatâ ſalutaris criſis accedebat. Plurimis imò fere omnibus materia è capite in aures ſeceſſionem faciebat, vnde ſurditates, eòque ſequeſtrata materia ſalutis argumentum præbebat. Parotides frequentes erant. Peſſima fuit cri-

ſis quibus tubercula in ſummo pede oboriebantur, quæ ſcalpello aperta ſerpebant, donec negligentibus ſpacelus crus occuparet. Salutem recuperabant alii decimoquarto die, licet aliquibus in vigeſimum diem ſit producta curatio. Omnes qui vini potu non abſtinuerant periere. Obiiciet quiſpiam, 1. quidem ſuperiorem morbi Vngarici hiſtoriam in graſſantem nuper apud nos febrim perfectè non quadrare? At reſpondeo, etſi omnia ſuprà recenſita in eam non cadant, non ideò tamen dicendum ipſam non fuiſſe morbum Vngarico ſiue Pannonico ſimilem, non ſolùm quia malignæ & peſtilentes febres de quarum genere eſt hic affectus, pro varia ſoli, aquarum, aëris, ventorum, & reliquorum ad diætam ſpectantium conditione, & inde orta corporum in illam incurrentium diſpoſitione, euariant; Sed etiam qui

sufficit, si duo præcipua morbi illius symptomata, & veluti pathognomonica signa, in hac nostra febri perpetuò apparuerint, cephalalgia nempe insignis, & dolor circa stomachi regionem solo manus appressu ingrauescens, intusque oppressionis ratione apprimè molestus, Adde quod refert Sennertus loco citato inter curandum huiusmodi morbum a practicis obseruatum esse, si mox in principio eius per media pituitam educentia (in quem finem Cratonem agaricum exhibuisse ait) materia expurgaretur, facilius ægros a febre liberatos fuisse; Ipse verò mihi gratulor eò quòd omnes quos hac febri laborantes ante septimum non tantùm semel, sed plerunque bis blando medicamento (quod tamen partim insciriæ, partim temeritati pleriquc omnes ascribebāt) purgaui, decimâ ad summum die, absque vllo reci-

diuæ periculo, vel ſuperſtite poſt curationem μόρωσι. Vt non paucis accidit, a febre omnino immunes fuerunt. Obiiciet ſecundò pleroſque Medicos referēte eodem Sennerto ſtatuere internam, & proximam morbi Vngarici cauſam fuiſſe pituitam, ſiue ſanguinem pituitoſū? Verùm objectionis huiuſce ſolutio pendet ex iis quæ ſuprà a me de febrium humoralium generatione dicta ſunt, vbi non negaui pituitam pro ſua parte cum ſero ad popularium noſtrarum febrium generationem concurriſſe, attamen ſeroſas ob aquæ prædominiū fuiſſe atque hinc orta excellenti putredine malignas excitiſſe.

Huic porrò noſtræ de ſeroſâ febre malignâ opinioni, ſuffragatur Carolus Piſo obſeru. & conſil. de morbis a ſeroſâ colluuie ſect. 6. capite vnico in quo totus eſt vt probet, febres omnes non ſolùm Ephemeras ſiue ſimplices, ſiue extenſas

enſas, ſed etiam putridas tam cō-
inuas, quam intermittentes, imò
& ſynochas putres ſero maxima ex
arte ſuam referre acceptam origi-
em, ſic enim ibi ſub finem. Meri-
ò colligere eſt febres non ſolùm
ntermittentes, ſed ferè omnes cu-
uſcunque generis, in ſeroſo hu-
nore aut ſolo, aut certè vnà cum
anguine cuiuſcunque naturæ (du-
licem verò prius ſtatuerat eſſe in
orpore, venoſum ſcilicet, & ar-
eriofum) ebulliente, atque pu-
rente hærere et, ſi non adæquati,
altem partialis, ſed præcipui ſub-
ecti vicem gerere, aut alioquin
ccaſionem putreſcibilitatis dare
anguini proprio, & ſpecifico qua-
umdam febrium ſubjecto. Quod
dicat aliquis ipſum malignitatis
ebribus, quarum ortum ſeroſæ il-
uuiei aſcribit, adjunctæ, ne mi-
imam quidem facere mentionem?
eſpondeo id mirum non videri
ebere cum morbos a pleonexiâ ſe-

rosâ ortos ibi enumeret, minime eos quos serosa cacochymia parit, vtpote qui serum inter humores alibiles non recenset, adeòque existimat id nisi ex largiore potu, vel per suppressum aqueum effluuium, maiore quam par est copiâ in corpore non colligi, qualitate verò nunquam in vitio esse. Quasi verò, vt supra probatum, serum inter alimentarios succos iure non recenseatur, ideòque nedum quantitate sua exuperante, verùm etiam qualitate quemadmodum reliqui massæ sanguineæ humores peccare possit. Et reuera esto, ex alimentis probi succi, & potibus nulla praua qualitate infectis serum laudabile & alendo corpori idoneum cumuletur, at ex vsu frequentiore aquarum stagnantium, & ciborum excrementitia, siue aquosa humiditate scatentium quales sunt cucumeres, pepones, & reliqui fructus horarii copiosis imbribus enu-

triti, vitiosum serum, & ad putrendum paratissimum colligitur, si præsertim humidior aëris constitutio, & a ventis silens, aut certè mollioribus austris per flata, diu perseuerans accedat, vtpote quæ sola malignos, ac pestilentes affectus producere valeat, idque ob deterrimam inde ortam putredinem seri vitiosi prolem, vt ex variis epidemiωn historiis liquet.

Cæterum ne Carolo Pisoni imponere quis me existimet, sic procedit eius aduersus serosam cacochymiam ratiocinatio: Cum pag. 4. & 5. dixisset causarum internarum morborum in vniuersum ferè omnium duo passim genera scholas omnes medicas deprædicare plethoram scilicet, & cacochymiam, atque hanc duntaxat triplicem facere pituitosam videlicet, biliosam & melancholicam; Atque ex hisce quatuor fontibus easdem deriuare, deducereque

omnium affectuum præter naturam causas, addit, pace omnium dixerim, aut vana sunt experimẽta quotidiana, aut plurimæ morborum, & symptomatum differentiæ, in serosam, siue aqueam reiici debent plenitudinem, siue colluuiem, aut diluuiem (nam cacochymiam eam vocare mihi religioni est, cum aqua pura puta succi, siue chymi, alibilis scilicet substantiæ, nomen sibi vendicare non possit, quippe quæ minimè nutrit) Et hactenus Carolus Piso, cuius pace dixerim ipsum turpiter hallucinari dum putat serum esse puram, putamque aquam, siue aqueum elementum purum, aut succum saltem ei proportione naturæ respondentem, reuerà enim non aqueo elemento puro, sed impuro omnium Elementorum, & principiorum Chymicorum sibi conscio, est analogum; & quemadmodum impura huiuscemodi

aqua sola plantas omnes, imò & animalia quæpiam nutrit, vt probatum supra, ita serum in alibilium succorum numerum meritò refertur, vnde sanè concludere licet, quemadmodum cæterorum humorum corporis nutritioni dicatorum, ita etiam seri præter plethoram, suam quoque esse cacochymiam; Et quemadmodum aqua impura præ cæteris elementis putredini obnoxia est iuxta illud


*& vitium ca iunt ni moueantur aquæ*

imo reliquis omnibus naturalibus corporibus putredinis ansam suppeditat experientia teste, ita serum quoque, vel sponte in putredinē incurrere, vel aliis humoribus ad putrendum occasionem præbere. Id quod ne ipsemet quidem Piso negare potest, vt qui putridarum febrium tam continuarum, quam intermittentium, quarum nemine prorsus discrepante cacochymia parens est, ortum, sero tanquam

materiæ accommodatæ, cùm primis tribuit & variis rationibus, atque experimentis confirmat. Vt nihil dicam de aliis, tam externis, quam internis partium affectibus, quos toto illo libro recenset, quosque omnes soli sero secundum naturam se habenti, aut si mauis soli serosæ pleonexiæ ascribere, vel si velit non possit, præsertim vero odontalgiam, & arthritidem, quos affectus a sero quidem, verùm non naturali, quin potius acri, & salso sobolescete Medici omnes vno ore prædicant, aliàs tantus non esset dolor quantum miseri ægrotantes experiuntur, cum vt ipsemet pag. 53. testatur aquosi tumores sint indolentes. Atque hæc de sero quatenus est quartus humor massæ sanguineæ perperam sic vocatæ, dicta sufficiant; vt sic mihi concludere liceat humores eiusmodi massam constituentes non esse pridem vulgatos in scholis, sed post,

habito ſanguine, pituitam, bilem, melancholiam, & ſerum quinetiam quod præcipuè probandum ſuſcepi, febres malignas & purpuratas habita ratione humoris eas præcipue committentis, ſeroſas eſſe, ac tales dici debere. Quam vltimam concluſionis noſtræ partem planè cõfirmãt ſequẽtia ex probatis authoribus deprompta. Scribit Gal. ſiue Herodot. de lib. def. fæces ægrorum peſtiferis febribus ſpuriis puta, ſeu malignis, laborantium, ſæpe redolere odorem aquarum ſtagnantium putridarum; Idemque Galen. lib. 8. medic. loc. cap. 7. dicebat egeſtiones ſic febricitantium, eſſe liquidas, crudas, & fœtentes. Id quod tamen intelligendum ita ſe habere progreſſo iam affectu, cum per initia ſint quidem liquidæ, & crudæ, verùm minimè fœtidæ. Præterea de præcipuâ indicatione curatiuâ in hiſce fe-

bribus, sic habet 6. epid. com. tex 29. differt calor pestilentium, a calore putridarum, insigni & excellenti putredine, hinc verò fit, vt ratione huius excellentis putredinis indicetur nobis esse ex siccandum. Et hoc est quod Auic. 1. quarti tr. 4 dixit summam curationis pestiferarum febrium esse exsiccationem. *Hæc verò* omnia nihil aliud loquuntur, quam serum, harum febrium esse reuera causam continentem, cum exsiccatio nisi excedenti aqueo humori non debeatur, & quæcunque in corporibus liquida sunt, camdem planè sapiant naturam.



# DE FEBRE PVRPVratâ anni 1666.

VERVM enimuero nunquid febris petechialis quæ hoc anno 1666. per totam fere Burgundiam debacchatur, & plurimos eorum quos aggreditur, miserè perdit, de genere earum est, serosarum nempe, quando id aperte testantur prægressæ plures tempestates imbribus prorsus addictæ, atque inter eas præcipuè superior autumnus, alui fluxus serosi; sudores copiosi; nec non περιῤῥοίαι quarum ad plures dies protractarum ope, quosdam hac febre perfecte defunctos esse constat, vt nihil dicam de frequenti hæmorrhagiâ e naribus, quæ nisi seroso sanguini, vt causæ materiali, ascribi per hanc febrem, me iu-

dice, nequit Et certè, vt tam de illius quæ anno 1652. crudeliter ſæuiit, quam eius quæ hoc tempore graſſatur, cauſa continente, & præcipuo foco meam proferam ſententiam, dico, cauſam vtriuſque proximam, & continentem fuiſſe, & eſſe etiamnum ſerum putre, & deleteria, ni, dextrè tractetur, qualitate præditum, in prima corporis regione laſciuiens, ibique febrem accendens intermittentem potius, quam continuam vtpote quæ quotidie potiſſimùm circa veſperam cum frigore, horroreue ſolet recurrere, & erratica plerunque eſt; adde quod materia earum in minoribus viſcerum nutritiorum, & meſenterii venis, in quibus febrium intermittentium cauſa, a doctis hodie ponitur, cumulata hæret; id quod euentus probat, cum ſi in foco ſuo contineatur, ſolùm intermittentem generet; ſin indę emouea-

tur, & in maiora vaſa, in quibus cauſa antecedens harum febrium coërcetur, cacochymia ſeroſa videlicet, rapiatur, id quod ferè euenit, ſecta in principio vena ſemel, bis, aut etiam pluries, vt hodie eſt in vſu, continua oriatur, eiuſmodi nempe cacochymia, ob communicatam prauam qualitatem in iiſdem vaſis efferueſcente, vnde deterrima Symptomata ſoboleſcunt, quorum vi plurimi, fruſtra adhibitis omnibus medicinæ præſidiis, vitam cum morte commutant, nihil prorſus leuaminis ſpondentibus, vel copioſis ſudoribus, vel ecthymatis per vniuerſam cutem efflorefcentibus, quippe cum nunquam criticè, ſed ſemper Symptomaticè, ſe prodãt; Imò ſi Hippocrati credimus, eorum eruptio lethalis ſit, niſi ſuperuenerit abceſſus purulentus, cum vrinæ pepaſmo, iſque circa aures potiſſimc, aliàs ſi ſerum illud

putre in primis corporis viis hæ- rens, medicamento leniter pur- gante, tempestiue pellundetur, & febris, & Symptomata omnia eam in principio stipantia, vigiliæ ni- mirum, doloresque capitis, lum- borum, & artuum omnium, nau- sea, imbecillitas virium, & deiec- ta appetentia, statim mirantibus singulis euanescunt, ante quam vel exanthemata appareant, vel aliud graue Symptoma suboria- tur; ac, quod mirum magis, abs- que vllo recidiuæ periculo.

Porrò quod ad causas ipsarum coniunctas attinet, quamuis vtro- bique serum accusauerim, non exigua tamen inter eas differen- tia obseruanda venit, idque ra- tione humoris in prædicto foco cum eiusmodi sero efferuescentis, putrentisque. Serum quippe, quod febrem malignam anni 1652. com- misit, ob admixtam pituitam ex- crementosam, fuit quidem viride,

ſed diluti coloris, & ad ſummum ſucco porri ſimile: at quod febrim eiuſdem moris hoc anno facit, ac fouet, viriditatis eſt intenſæ, & ad nigrum vergentis ob permiſtionem ſcilicet melancholiæ, vel potius atræ bilis, vt qualiſcunque eius ſplendor teſtatur, id quod in cauſa eſt, cur febris illius anni contagioſa fuerit; vt quondam morbus Vngaricus, cui affinis fuit, & cuius ortum, plerique Medici, referente Sennerto pituitæ putrenti, vt cauſæ proximæ & immediatæ, aſcripſerunt; huius vero minime, ſiquidem ad contagium requiritur viſcoſitas, quæ in humore melancholico quantumuis aduſto non reperitur, contra ac euenit in pituitoſo, quem oſtendi ſupra cum aëre impuro apprimè humido & viſcoſo, ſi propriam eius ſubſtantiam ſpectes, naturæ proportionem obtinere; etſi quod ad gradum mali-

gnitatis, hæc illi non inferior esse videatur, imo eam vincat, dato, quod vitium humoribus in maioribus vasis contentis communicetur.

Neque vero minorem inter vtriusque curationem differentiam obseruare licet; nempe in præcedente, omnis generis præsidia medica ex vsu fuerunt, commodèque vsurpata sunt. Nam, & venam, absque vlla noxa saltem euidente, secare licuit, quod hic periculi plenum, ob rationem a me supra allatam: Quin & cucurbitulis cum scarificatu admotis, maius etiam leuamen tunc, quam hoc tempore perceperunt ægri, & quod ad cardiaca & sudorifica attinet, quæ olim die septimo exhibita, sic affectos a febre, & malignitate prorsus vindicabant, eadem in præsenti nocent, perniciosum virus è centro corporis, & minoribus circa viscera vasis, in maiora, dum

ad habitum corporis contendunt, secum deuehendo. Id quod in primo casu, ad aliam causam referre nequeo, quam ad viscositatem pituitæ, siquidem in confesso est apud omnes, viscosa omnia facilè quidem loco moueri, sed viis hærere; in secundo verò ad aliud, quam ad tenuitatem, & mobilitatem serosæ illuuiei circa viscera turgentis (præsertim atrabilis feruore stimulos addente) & hoc pacto sequacis quocunque versus impellatur, attrahaturue.

His porrò si statutis, réque, quod ad præcipua alia medecinæ auxilia, velut per transennam paucis peracta, superest, vt de purgatione seriò magis, ac pluribus, iam agam.

Equidem vix aliquem hac in vrbe latet, quantùm famæ meæ detrahere conati sint, critici quidam, eò quod anno 1652. sexto die purgarem, palam profitentes

mea rectâ curandi viâ deflectentem, conciuium meorum capitibus fatalis, & pestiferi cuiusdam Cometæ instar imminere. Ego verò gratulor mihi, & quidem non parùm, quod exhibito tum, sextâ die medicamento purgante, & sequenti nempe septimâ, cardiaco, quod simul sudorem eliciendi vim obtineret, omnes ferè quotquot curandos suscepi, etsi grauiter & periculosè ægrotantes, mirantibus singulis, velut ex orci faucibus eripuerim, sic vt exinde melius, ac melius habuerint, & minimùm die decimo integram sanitatem recuperatint, absque vllo recidiuæ, vel fatuitatis metu, qua tamen, plerosque eorum, qui aliter curati sunt, per duos, tresue menses laborasse constat, sic, vt quibusdam commiseratio-nem, aliis verò non paucis etiam risum mouerent.

Cæterùm illi ipsi critici in lec-

tione Galeni parum verſati fuiſſe videntur, qui ſibi perſuadere non potuerunt purgationi in febribus ante ſeptimum diem locum eſſe poſſe, ſiquidem is purgaſſe ſe ante ſeptimum, & quidem in acutis 4. de diatâ acutorum apertè profeſſus eſt, idque commen. 79. in quo aduerſus authorem huius libri, purgandum eſſe die quarto propinato medicamento præcipientem, ſic habet. Quarto verò die medicandum eſſe indiſtinctè pronunciauit, neque enim inter morbi initia, aliquod remediorũ ægro iniungere oportet, deſumpto a dierum numero ſcopo, ſed quod Hippocr. cenſuit, eſt exequendum. Nam vel ſtatim ab initio priuſquam in partem aliquam confirmentur humores, medicandum, vel poſtquam ad maturitatẽ perducti fuerint. Quam ob cauſam, & primâ die, & ſecundâ, & quartâ, & interdum quintâ medica-

menta dedimus. Quem Galeni lo
cum Philip. Ingraſſias cap.
quæſtionis, an ſexto die purgan
dum, ſit, in febribus malignis ſu
ple, vt ex cap. 1. eiuſdem quæſ
colligere licet, explicans, ſic ai
In quinto, videlicet in fine quin
ti, quod eſt (iuxta communem lo
quendi modum) in ſexto, Gale
nus aliquando purgaſſe ait. Quin
& idem Ingraſſias poſtquam præ
cedentibus capitibus aduerſario
rum rationes refutaſſet, & purga
tionem ſexto die faciendam mul
tis probaſſet, tandem cap. 16. de
partâ victoria ſibi gratulans, in hæ
verba prorumpit. De his igitur in
tantum, & ad nauſeam vſque
Quamuis enim hæc noua hæreſis
medicinæ cælum conturbaſſe ap
pareat, pannoſos tamen potius, ac
neſcio quos habuit obſcuros, &
tuguriolis, vicis, atque angipor
tubus, non autem palatiis cogni
tos authores. Aduerſati enim ſem

per his sunt, ac non iniuria, fa-
mosissimi, celeberrimique Medici
nostri, quibus solis permissum est,
Proregum, atque Ducum, Marchi-
onum, Comitum, ac denique il-
lustrium omnium virorum limina
calcare, Galeni decretum perpe-
tuò concinentes, non esse sumen-
dam indicationem, a dierum nu-
mero desumpto scopo. Et interjec-
tis aliquot lineis, in quibus com-
plures eosque percelebres Medicos,
opinioni suæ de purgatione in ma-
lignis febribus sexta die suffragan-
tes, recenset, addit. Horum enim
quilibet experimentorum multi-
tudine, ad minus quadraginta an-
norum spatio, maximam sibi nac-
tus est apud Proreges, illustresque
omnes viros famam, & celebrita-
tem; Cuncti tamen in sexto die
[quoties, necessitas vrgeret] abs-
que vllo conscientiæ scrupulo,
cum maxima ægrotantium vtilita-
te, suoque honore, & lucro pur-

garunt. Et hæc de purgatione ſex|to die. Verùm id temporis non tā|tum hoc, ſed etiam quarto non|nullos exhibito medicamento be|nigno purgaui, etſi, fateor, no[n] æquè fœlici ſucceſſu, cum omn[es] quamuis die ſequenti ſudaſſent nihilominus recidiuæ fuerint ob|noxii, licet triduo exacto par[ùm] adhibita cura perfectè reſtituti.

Annon verò iidem rurſus mi[hi] culpædabunt, eò quòd hoc tem|pore, nedum quarto, & ſexto di[e] vt in prægreſſa conſtitutione, v[e]|rùm etiam quoties maturè ad æ|gros vocatus ſum, præmiſſo pri|mo ſtatim die enemate purgāte, ſe|cundo verò propinato pluribus hac febre laborantibus, medica|mento laxatiuo aluum ſolui? Sa|nè ſi hoc fecerint non me, ſed Hip|pocratem culpabunt, quippe qui vt patet ex Aphoriſmis 22. ſect. 1. & 29. ſect. 2. docet in morborum principiis purgandum eſſe, ſi ma[...]

ria turgeat, sin minus huius coctionem expectandam esse. Quod indicant materiam morbificam per has febres inter initia minimè turgere? Respondeo eam reuera turgere, quippe cum sit, vt iam antea dictum, serum putre, ob tenuitatem, & conceptum calorem facilè mobile, adeòque ferri promptum quocumque versus trahatur impellaturue, vt euentus comprobat, siquidem educto primis diebus magna copia è venis sanguine, ilico intra maiora vasa vacui vitandi causâ rapitur, ibique praua sua qualitate humores, ac spiritus inficit, vnde febris continuitas, cum ceteroquin hæ febres ex intermittentium sint genere, vt quæ quotidie vespertinis horis vt plurimum, cum frigore, vel leui horrore, vt iam dictum, recurrunt, & interdiu ad ἀπυρεξίαν perueniunt, nisi quod a doloribus capitis, lumborum, & artuum prorsus

immunes non ſunt, prætereaque leui inappetentia, & languore virium tenentur qui ſic ægrotant. Adde quod eiuſmodi ſerum in aluina regione præcipuè putret, & venenatā qualitatē induit, ita enim explicat Heurnius ſequentia verba aphoriſ. proximè citati, *ſi quid mouendum*, ait quippe, vt ſi humor vitium faciat in prima corporis regione, aut ſi materia morbifica turgeat. Quibus omnibus accedit quod coctio nullatenus expectanda eſt in humore tenui, & aquoſo, prætereaque venenata qualitate prædito, cum nec aqua vllo modo craſſeſcere, nec venenata qualitas, vel multo tempore domari queat.

Et certè tantum abeſt, vt talem cenſuram reformidem, vt glorier eò quòd, ſtatim atque, in vnum ex conciuibus noſtris epidemio hoc affectu, vel potius ſporadico, cum alii etiam morbi hoc tem-

pore in vulgus grassentur, laboran-
tem incidi, obseruare mihi licuit
Phlebotomiam, cucurbitulas cum
scarificatu, & potiones cardiacas
simul, & sudorificas, nihil emo-
lumenti eiusmodi ægris afferre,
quinimo hisce adhibitis medicinæ
præsidiis, purpureas maculas, quæ
in bonis censeri nullo modo pos-
sunt, in extima cute statim efflore-
scere, & febre perseuerante grauia
alia symptomata pullulascere, eò
quòd, inquam, his ita se haben-
tibus iudicauerim, id ad aliam
causam referri non posse, quam
ad humoris morbifici, in prima
corporis regione turgentiam, qui
proinde è proprio foco minimo
negotio emoueri, & hoc pacto in
maiora vasa transferri, massam hu-
morum venenata sua qualitate in-
ficere, & in primis serum in iis
contentum, ad ebulliendum, ef-
feruendumque conuertere possit,
vnde spirituum naturalium, qui

huic præcipuè insident, corruptio sequitur; cuius indicium sunt ecthymata, vtpote quorum figura rotunda, simplici sero attribui nequit, imò potius spiritui huic, naturæ æthereæ, quandoquidem ignis, & aër hanc figuram inter omnia elementa, potissimùm affectant Hinc verò factum, vt repudiatis iliis omnibus medicinæ auxiliis, vtpote noxiis, vni purgationi statim per initia studendum esse apud me decreuerim, idque iuxta Hippocratis præscriptum. Neque cœptum hocce meũ euentu caruit, sequenti enim die ad alium ægrum, quindecim à primo febris insultu, horis vocatus, omissa venæ sectione, ilico enema purgans iniici curaui; postridie blandum medicamentum purgandi facultate præditum exhibui, ad quod acuendum grana aliquot pulueris Ialap addidi, perendieque simile enema præscripsi,
nisi

nisi quòd diagrediata admiscui, tam fœlici successu, vt puro, putoque sero, quale descripsi, maxima copia, vt die quo remedium purgās exhibitum fuerat, rursus euacuato, eadem ipsa die, quæ fuit tertia morbi, & febris, & symptomata omnia recensita ipsam primis diebus comitantia, excepto leui ciborum fastidio, & languore qualicunque virium, prorsus disparuerint: Etsi fatear me huic curæ non acquieuisse, sed cum vrinæ rubræ & turbidæ, cum sedimento simili, quales mihi in principio febris apparuerant, adhuc perseuerarent & tamen materiæ, morbificæ focum prorsus exhaustum esse probè cognoscerem, me ad iuuandam coctionem portionis eiusdem materiæ, si quæ in venas maiores casu irrupissit, venam in malleolo tundi iussisse. & sanguinis vncias circiter sex effluere siuisse. Rursumque sexta die simi li exhi-

bito medicamento purgasse atque ita perfectè sanum reddidisse, licet die præcedenti, nempe quinta non exiguam recidiuæ ansam suppeditasset, aëri patenti a meridie ad noctem vsque se exponens, & qui abstemius toto morbi decursu fuerat, neque præter iuscula carnium, & oua sorbilia quidquam sumpserat, toto illo tempore genio indulgens, vinoque, ac cibis solidis inter amicos vtens. Porrò alios non paucos, quocunque die ante septimum vocatus fuerim, eadem vsus methodo curaui, modo sanguis nondũ missus fuisset Verũ mirabilis præ cæteris fuit cura mulieris cuiusdam, ad quam cum quinto die, ex quo in febrem inciderat, quam quidem ex signorum supra enumeratorum syndrome epidemiam nostram esse collegi, vocatus essem, præmisso statim enemate, sequenti die pharmacum purgans, vt supra, exhibui, cuius

ope tanta feri ex viridi nigrefcentis, primùm purgatione per inferiora, moxque hac ceffante per fuperiora vomitu expulfa eft, vt ilico perfectæ fanitati fuerit reftituta, vtpote quæ, cum magno ciborum faftidio toto febris tempore laboraffet, tanto repente eorum appetitu correpta eft, vt eadem ipfa die cum tota familia, menfæ cœnaturæ accubuerit, vixque ingeftis, verius deuoratis, vt mihi relatum, plurimis eduliis, fatiari potuerit, idque omni recidiuæ difcrimine procul, licet fequenti die domo exierit, & negotiis fuis per vrbem, ac fi ante menfem ob morbum non decubuiffet, vacauerit. Vbi notatu dignum occurrit, non tantùm mulierem hanc, verùm etiam ægrum de quo proximè, & vt vno verbo dicam omnes alios fic affectos, quos fimiliter, nondũ fecta vena ante feptimũ purgaui tã per feceffũ quã per vomitũ ferofa multa eiuf-

dem ac supra conditionis, colorisque, extrusisse. Id quod non tam referendum mihi videtur ad grana sex pulueris Ialap, medicamento alioqui benigno quo vti soleo, immixta, quam ad turgentiam seri vitiosi, quod hoc pacto a medicamento emotum, attractumque, maximâ copiâ in ventriculum irrumpens, superius os eius lacessit, atque ita ad sui expulsionem solicitat.

His igitur partim obseruatis, partim in vsum vocatis, Medicos omnes monitos velim, vt si morbus [ qui quidem hac, quo hæc scribo, tempore, cessare videtur] denuò grassari cœperit, eum curaturi, a venæ sectione per initia abstineant, eiusque loco purgationi incumbant, omisso tamen vino emetico, tum quia sex, aut octo grana pulueris Ialap, ad ciendum vomitum, qui hîc, fateor, cum primis expetendus est, & cuius

excitandi gratiâ vinum illud maximè propinatur, sufficiunt: Tum quia agitans valdè, ac conturbans remedium est, contra ac conuenit atræbili efferæ ex naturâ suâ, maximèque quoties p. n. incalescit, quæque ideo leniter tractari, demulcerique postulat: Vt nihil dicam de venenata antimonii qualitate principia vitæ demoliente, quæ omnia in causa fuere cur eius vsus, qui non paucis hoc affectu laborantibus aliàs salutaris extitit, plurimis hac tempestate fatalis, fuit, ni forte per initia & viribus constantibus exhibitum fuerit.

Et hæc sunt quæ de febre purpurata, hoc anno 1666. Burgundionibus nostris, præsertim verò Diuionensibus insultante, plurimosque ipsorum opprimente, deque eius causa, & curatione præcipuè dicēda habui; præcipuè, inquam, cum quæ victum, & consueta pleraque alia medecinæ præ-

sidia, atque in primis cardiaca & sudorifica, spectant, ea Medici ordinarii iudicio ac prudentiæ relinquenda videantur: Sufficiatque mihi de præcipuis duobus, venæ sectione nempe, ac purgatione, quantùm ad præsens institutum attinet, differuisse, & quæcunque de illorum vtilitate, vel noxa, in præsenti tractatu dixi, experimentis a me factis confirmauisse.

Notandum porrò, vt hoc coronidis vice addam, hanc febrem, etsi ex intermittentium genere sit, si primum eius insultum spectes, imò plerunque erratica, nedum tamen intempestiuè celebrata phlebotomia, verum etiam incuria ægrorum, qui cum se exacta prima accessione amplius ægrotare non putent, aëri patenti se exponunt, & res vt antea tractant in continuam, eamque periculosam, euadere. Quocirca Magistratus politici interest conciues

monere, vt ſtatim poſt primum paroxiſmum Medicum ordinarium aduocent. Ita enim, ſeruata quã inculcaui methodo, citô, tuto, & iucundè D.D. curabuntur.

FINIS.

# EXTRAICT DES REGIS-
# tres du Parlement.

*SVR la Requeste de Maistre* Iean *Mar-*
*chant Medecin à Dijon, à ce qu'il pleu*
*à la Cour, luy permettre de faire imprim*
*par tel Imprimeur que bon luy semblera,* l
*Liure par luy composé & intitulé* , De Fe-
bre purpurata hoc anno 1666. per Bur-
gundiam grassante, deque causa eiu
proxima & vera curatione, *& faire def-*
*fences à tous autres Imprimeurs, d'imprim*
*ledit liure pendant tel temps qu'elle aduis*
*roit. LA COVR à permis & permet audi*
*Marchant , de faire Imprimer ledit Liur*
*par tel Impimeur que bon luy semblera,*
*fait inhibition & deffences à tous autres Im-*
*primeurs de l'imprimer pendãt cinq ans, à pei-*
*ne de confiscation des exemplaires, & de*
*despens dommages & interests. FAIT*
*Parlement à Dijon le 29. May 1666.*
Signé PELLETIER.

I'Ay permis au Sieur Palliot Imprimeur d
Roy à Dijon, d'imprimer pour moy mond
Liure sous son nom , & celuy d'Helie Ioss
Marchand Libraire à Paris, aux conditions po
tées par nos soubsignés le 14. Auril dernie
Fait audit Dijon ce iourd'huy dernier de Ma
1666. Signé MARCHANT.

IS.

Mar
l pleu
prime
era, l
de Fe-
r Bu-
a eu
re def
aprim
aduise
t audi
e Liur
era,
res fu
us, à pr
de tr
AIT
566,

neur d
mond
ie Ioll
ions pou
derni
de Ma





